









1613, 3

35.

16

D. O. M. A. E. F. S.

CENTURIAE  
TRES POSITIO-  
NUM LEGALIUM

A D

Amplissimam & practicabilem TESTIUM  
MATERIAM formatæ:

Q V A S

*Scitu & adsensu incluti Facultatis Juridicae*

*Collegii*

SUB PRÆSIDIO

*Consultissimi, Excellentissimiq; Viri*

D. N. ORTOLPHI FOMAN-

NI J. U. D. Facultatis Juridicae Senioris. Cu-

riae Provincialis & Scabinatus Adfessoris, nec non

Codicis Professoris Publici Clarissimi

*Pro summo in utroq; JURE consequendo Gradu*

*In illustri & florentissima Jenensium Academiae*

*Auditorio Jctorum discutiendas.*

*ad diem 12. Maii Anno 1613.*

PROPONIT

CASPARUS SCHRÖTER LONGO-SA-

LISSANUS TYRIG.

JENÆ, Typis HENRICI Rauchmaule.







*Nobilitatis laude, Consilii gravitate, omni-  
umq; Doctrinarum genere Excellentissimis*

*U R I S*

**DN. URBANO**

**HANTSCHMAN J. U. D.**

**Cæsarea Autoritate Comiti Palat: &c.**

**& Illustris. Duci ac Electori Saxonæ à Consi-  
liis Ecclesiasticis.**

**DN. GEORGIO JA-**

**COBO Reich J. U. D. & Practico**

**inter Misniæ-Dresdenses primario.**

**E T**

**DN. ABRAHAMO CAU-**

**LIO itidem J. U. D. Practico,**

**& Budissinæ Syndico celeberrimo.**

**Adfinibus suis amicissimis**

*Hasce Honoris sui primitias*

*dedicando mittit ac submittit*

*Autor Proponens.*





## POSITIONUM LEGALIUM.

I.

**P**robationum a quanta in omni causa b necessitas, c utilitas quanta, d nemo opinor est qui ignoret e.

a] Non hic dicendi locus quae earum sit derivatio, & num rectius à probè adverbio ex Placentini sententia, secundum Accurs. num. verò rectius ab ipso verbo probò, quod Donello in tr. de probat. c. 1. placuit, deducatur. Ubi simul praedictas imperitia arguit; eamq; agnoscit in paralipom. libr. C. de probat. n. 12. num. deniq; alio quoquo modo eo sit formanda, quarum derivationum aliquot refert Mascard. in tr. d. probat. vol. 1. quest. 3. Non item sermo fieri potest de diversis verbi Probare significatibus, quos Donell. in d. tit. c. de probat. n. 15. & seqq. & Wesenb. in parat. ff. de probat. & presunt. n. 2. explicant: ut & nec definitionum seriem, quibus diversimodè utuntur Dd. hac vice recensere libet, nec licet: cum rei alia praestituta ha sint positiones, & videri illa omnia possint in aliis publici juris factis tractatibus ac disputat. de probationibus.

b] diverso tamen respectu: de quo forte an in conflictu verbali. c] quae necessitas à parte Judicis inde aestimanda, quod maxima pars Judicii sit causa cognitio, ut docet Donell. in l. negantes. 9. C. de Act. & oblig. ex L. iudices. 9. C. de Judic. sine qua nulla omnino sententia ferri vel possit vel debeat: Menoch. de Arbitr. Jud. quest. 24. nu. 2. Ad eam autem per has via, veritasq; negotii pandatur, ut loquitur Menoch. d. quest. 24. A parte verò partium & quidem Actoris necessitatis illius causa constitui possunt cum calumnia, improbitatisq; evitatio per ea quae Donell. tradit in d. tract. prob. in fin. tam causa victoria & rei controversae obtentio seu consecutio. A parte rei injuria, innocentiaq; propulatio, nec non justus rerum, Dominiq; titulus, ac consequens retentio. Hinc nec auferri earum facultas partibus potest. l. current. ff. de testib. l. generaliter. de Jurejur. l. quoniam. C. de haret. Coler. de process. execut. 1. c. 2. n. 28. & Donell. d. tract. de probat. c. 1. rectè dicit: Cetera causa actio aliis partibus. carere potest, nulla lis aut controversia sine probatione esse potest.

d] quae partim ex praedictis argui: partim ex effectu desumi potest,

A 2

qui



qui est, ut si legitime facte fuerint probationes sequatur condemna-  
tio adversarii: Sin minus sequatur absolutio rei. l. actor. Cod. de  
probat. l. 2. ff. eod. Sichard. ad Rubr. C. de probat. n. 17. e] Hinc  
tot celebra probationum encomia: ut quando veritatis mater ac pra-  
paramentum à Menoch. d. quaest. 24. omnium judiciorum, causa à  
Donell. d. tit. C. in pr. Fori pars praecipua, maximeq; necessaria ab  
eodem Donell. d. c. 1. quando deniq; parietes litis ab Hostiens. in  
summ. c. unic. de probat. referente Obrecht. in tr. d. Litis contest.  
c. 11. n. 7. indigetantur.

II.

Ut & nec illud quod earum plures sint species:  
Et si quis de eo dubitaret: titulorum sanè in ff. & C. libris posi-  
torum Rubrica, in plurali numero, de probationibus, concepta, cuius  
omnem dubii scrupulum eximere possent.

III.

Hoc non diffitendum: quod circa divisionem  
seu enumerationem earum, non omnibus una sit  
mens, non eadem sententia:

Spec. in tit. de prob. 14. enumerat species. & Baldum. ibid.  
multas etiam referre, quae tamen omnes ad quinq; species redigi &  
vulgato illo versiculo:

Vox, Scriptura, Sacrum nomen, confessio, visus,  
notari possint ex eod. Bald. adducit Sichard. d. t. C. de probat.

IV.

Quidam in Artificiales illas, & in Inartificiales,  
quarum utraq; vel plenè, vel semiplenè rem Judici-  
pam certamvè faciat, dispescunt, & sic duas tantum  
probationum adducunt species.

Quam distinctionem à natura sumram, & ab Aristot. in Rhe-  
tor. traditam, tanquam veterem & notam dilaudat Donell. in d. tr.  
de probat. c. 5. in pr. & in paralip. C. d. t. n. 24. eamq; calculum  
omnium meruisse gloriatur Wes. in parat. de probat. n. 4. quos se-  
quitur Trentler. disput. 4. vol. 2. b. 2. lit. a. & b.

V.

Alii ab illis alias sejunctas faciunt, & sic addunt  
adhuc



adhuc duas species : constituentes, præter prædictas,  
probationes alias plenas, alias semiplenas.

*Idq̄ ab effectu, & vi probationum quam in iudiciis habent.  
Sichard. ad rubr. C. d. t. Nec hoc solum. Sed vicissim semiplenas  
suis discernunt gradibus : aliam minorem semiplenam. semiple-  
nam maiorem aliam vocando, prout videre est apud Wes. in parat. d.  
loc. Contra quorum primam distinctionem insurgit non absq̄ colore  
Anton. Fab. 1. Error. 19. Contendens, probationem nullam esse,  
nisi quæ plenè probet. Aliter ab iisdem secedit Beust. ad L. admo-  
nendi n. 938. de fureiur. triplicem constituens speciem plenam, semi-  
plenam & illam, quæ neq̄ plena, neq̄ semiplena est. quos vid.*

V I.

Quibus ad sociant nonnulli illas, quarum aliam  
Judicialem, extra-judicialem aliam : quandam vivæ  
vocis, mortuæ vocis quandam dicunt.

*Quæ à forma sumtæ videntur : & earum meminit Wesenb.  
in parat. d. loc.*

V II.

In illo iterum non conveniunt, quæ Artificia-  
lium, quæ Inartificialium ; quæ plenarum, quæ semi-  
plenarum propriæ & subdistinctæ sint species.

*Et maximè de juramentis, confessionibus, nec non aliis ejus ge-  
neris probationum generibus controversant. Pars ad artificiales &  
iterum ad plenas, pars contra ad inartificiales & semiplenas illas re-  
ferunt. vid. Donell. d. c. ult. & Trentl. d. disp. 4. d.*

V III.

Et quanquam altior ejus rei indago & discussio  
fusior non esset de nihilo, tamen, quia nec tempo-  
ris, nec propositi patitur ratio, ut omnes istæ con-  
troversia referantur saltem, nedum dirimantur, cer-  
tivè quid statuatur, his quasi generaliter & Exordii lo-  
co præmissis, transitus faciendus ad Thema propo-  
situm.

*Si enim turpe est causas oranti, nulla præfatione facta, iudici-  
rem exponere, per Vulg. quis est qui vitio versurus sit, quod in disp.*



ante similibus actionibus generalia cuiusq; rei pramittantur.

IX.

Quod est & erit DE PROBATIONIBUS  
QVÆ FIUNT PER TESTES, quas non immerito ad inartificiales f & plenas g Dd. referunt.

f] Quippe qua aliunde quam ex ipsa causa, forte argumentis & iudiciis trahantur Wes. d. loc. n. 4. g] Et quin plenè probent nemo est qui dubitet. Cum ipsa scriptura teste in ore duor. veteribus consistat omne verbum in fr. pos. 118.

X.

Et ne quid intactum relinquatur, Testes à Testando nomen assumerunt.

Wesenb. in parat. ff. h. t. in pr. Diss. Isidor. lib. 5. Etymol. c. 13. exinde eos dictos autumans, q; testamento adhiberi soleant sicut signatores, quod testam. signant. Diss. alii aliter.

XI.

Quorum Testium h videlicet & Testandi vocabulorum i sunt significatus plures.

h] Apud Medico-Physico-Anatomicos testium vocabulum pro illa humani corporis parte sumitur, quam propter generationem, inter nobiliores non immerito referunt Galen. Vesal. & alii. Hic & in iure nostro quis sit proprius significatus paulò post ex definitione in posit. seq. posita, patebit. i] Testandi verbum in duplici invenitur significatu quorù primo aliquid adserere atq; suis verbis confirmare denotatur. Wesenb. in pr. ff. h. t. quo spectare videntur Dd. quando ultimum illum disponendi de bonis actum hoc testandi verbo exprimunt. Vult. Instit. tit. 10. de testam. ordin. nu. 9. l. 30. ff. de acquir. her. Altero: aliorum fidem conscientiamq; ad rei alicuius confirmationem invocare. Qui significatus ambo etiam Ciceroni cogniti quippe qui hoc posteriori in Cluent. priori vero in Bruto utatur.

XII.

Hic k Testes sunt personæ l de facto aliquo in quaestionem m deducto rogatæ. n.

k] Aliter Uultei 2. 7. R. c. 4. vers. Testimonium lit. c. & eundem secutus Gædd. vol. 2. disp. 14. 0. 7. lit. a. Aliter Trentl. vol. 2. disp. 5.



*diff. 5. 6. aliter deniq, ipse Donell. in tr. de testib. c. 1. & in d. tr. p. r. alip. C. de testib. nu. 12. 1.] sub quibus etiam servi intelligendi. Licet enim olim non pro personis habiti, sed rebus adnumerati fuerint. L. 1. ff. de Rer. divis. l. 2. ff. ad L. Aquil. & in pr. Inst. d. L. Aquil. tamen cum hodie apud nos istiusmodi servi non inveniuntur, nil re-  
 mora esse potest, quin tales inter personas collocemus. Ac si Bodin.  
 1. de Rep. 6. credimus, de Anno Christi M C C. in universo ferme  
 terrarum orbe servi amplius non fuerunt referente Vult. §. servi au-  
 tem. n. 1. Inst. de jur. personar. m] utuntur alii vel verbo iudici-  
 um, vel verb. controversiam, quia vero non in iudiciis saltem, sed  
 etiam in privato hominum consortio, non in controversiis modo, sed  
 etiam in libera voluntatis actibus testium & testimoniorum fre-  
 quens est usus, non incommode, opinor generatiori hoc usui sum vo-  
 cabulo interim nec illorum sperno definitiones. n] Cuius ver-  
 bi gemina hoc loco vis, duplexq, significatus esse potest; semel, ut sine  
 rogati testes, hoc est, ad testimonium perhibendum vocati seu requi-  
 siti legitime. infr. posit. 106. & seq. alio modo ut sint rogati, hoc est,  
 interrogati & examinati de quo actu infra pos. 197. & seqq.*

#### XIII.

De Facto aliquo, inquam, quia jus semper est  
 certum, & consequenter non op<sup>o</sup> est ut super eodem  
 testes producantur.

*L. 2. ff. de jur. & fact. ignor. Gasl. 1. obs. 82. n. 7. Obrecht. d. r.  
 concip. & Form. libell. c. 17. n. 50. Hinc articuli iuris irresponsabi-  
 les dicuntur. Obrech. d. tr.*

#### XIV.

Adjicerem & in definitione verba sequentia ve-  
 ritatis eruendæ gratia: ni ab alijs didicissem, non tan-  
 tum veritatis, sed & solennitatis causa in hominum  
 actibus Testes adhiberi.

*Vult. in §. possunt autem. Inst. de testam. ord. n. 3. & alii.*

#### XV.

Definitionem sequi debebat divisio: verum  
 cum idonea non queat haberi, nec ulla unquam q<sup>o</sup>  
 sciam, methodica à Dd. tradita sit: pro diversitate

Actuum



Actuum divisionis loco easdem diversis designabimus & discernemus Epithetis inferius.

*Nec enim Methodica videtur illa Wesenb. in parat. ff. h. t. divisio: qua alios dicit locupletes, hoc est, ut nunc loquimur integros, idoneos & omni exceptione maiores: alios suspectos. Item quando dicit illos proprie, hos improprie testes dici, Wes. d. loc.*

XVI.

Inferius: ubi scilicet prius de Personis quæ testes esse possint vel non: De Excusationibus & Numero testium, nec non de aliis ad hanc materiam pertinentibus, verba fecerimus.

*Quem ordinem quodammodo suggerere ac prescribere videtur l. 1. §. 1. ff. h. t.*

XVII.

TESTIS itaque MUNERE FUNGI POTEST QUILIBET; NISI specialiter VEL à LEGE, VEL JUDICANTIS religione, ut Papinianus, seu, ut Bart. loquitur judicis OFFITIO PROHIBEA TUR, VEL denique legitime à testimonio dicundo EXCUSE TUR.

*d. l. 1. §. 1. quia cuncta licita sunt nisi lege vel decreto prohibeantur l. nunquam eis. ff. quib. ex causis maior. c. ad dissolv. Extr. d. sponsal. impub.*

XIIX.

LEGIS prohibitivæ causæ potissimum. V. inveniuntur.

*Lanfr. in c. quoniam contra. d. probat. vers. testium depositio. n. (mihi.) 90. & seqq.*

XIX.

PRIMO prohibentur aliqui propter reverentiam & conjunctam personarum adfectionem.

*Donell. d. tr. de test. c. 5. Duar. ad h. t. c. 1. in pr. Goedd. dict. disput. 9. 8.*

XX.

Reverentia in personis sequentibus prohibitioni locum



locum dedit. In parentibus o adscendentibus usque  
in infinitum, p tam in linea paterna, quam ma-  
terna.

o] *L. testis idoneus. ff. de testib. c. si testis. vers. item testis idoneus.*  
4. quest. 2. & 3. l. parentes junct. gl. C. eod. Donell. 25. comm. ad l.  
parentes C. h. t. p] secundum Cyn. in dict. l. parentes. nu. 1. post  
gl. C. de test. Lanfr. d. loc. nu. 92. q] cum quia eadem affectio mi-  
litat in hac, qua in illa, & forsitan maior, nam ut mulieres faciliores  
sunt ad amandum, ita etiam faciliores ad pejerandum. Tum quia  
appellatione parentis & matrem contineri. Ictus scribit in *L. appella-  
tione Parentis. ff. d. V. S.*

### XXI.

In liberis r. five sint in potestate patris, five e-  
mancipati, s five legitimi, naturales aut Spurii t.

r] Nota inquit Donell. d. Comm. de liberis hoc scriptum esse,  
non de filiis tantum. Eo a. verbo omnes descendentes qui ex nobis  
descenderunt usque in infinitum veniunt l. liberor. ff. d. V. S. s]  
Gloss. d. l. parentes. C. d. testib. & in c. si testis in verb. filio. 4. q. 3.  
Bart. in c. qui testamento §. quaecumq; junct. n. 3. vers. secundo quero  
ff. d. testam. t] quia filiorum appellatione & illi continentur l. Lu-  
cius Titius in Testamento. §. fin. in fin. ff. de Leg. 2. §. neq; illo in  
Auth. de Trient. & semis. 18. h. parentes. 5. & ibi gloss. C. h. t. l. 6. l. 9.  
ff. eod. junct. l. quicumq; litigandi 4. in fin. ff. de in jus vocand. Hack.  
illustr. disp. 13. d. 8. lit. f.

### XXII.

In tantum ut ne adversario u. vel Judice volen-  
te rectè attestentur x.

u] Diss. quoad adversarii consensum Donell. in dict. l. 5. &  
jure filium pro patre consentiente adversario deponere, imò id ipsum  
facere cogi posse autumat. x] quia d. l. parentes introducta est ex jure  
quodam naturali, cui non potest derogari, nec per adversarium, nec  
per factum iudicis: Jura enim naturalia consanguinitatis & san-  
guinis tolli nequeunt l. 1. §. si vero. C. de feriis. l. factum iudicis in pr.  
ff. de R. 7.

### XXIII.

Quod tamen quoad liberos in una, y quoad pa-  
rentes verò in quatuor z fallit causis.

B

y] Scilicet



y] Scilicet in qua nullum patri acquiritur commodum, nec etiam filio deponenti. Lanfr. d. loc. n. 93. z] Religionis, Aetatis, Matrimonii & in testamento militari filii. Donell. ad d. l. 5. C. de test. Lanfr. d. loc. n. 94. Diss. Ayr. 14. obs. qui ponit novem fallentias. aliter Mascard. qui habet fallentias 12. & alii.

XXIV.

Quid si pater in causa inter duos liberos orta testimonium perhibere velit? Aff. Bart. cui contradicit Donell, nec immeritò.

Quia concurrunt hic dua causa quae parentem prohibent: Diceret enim testimonium non tantum pro, sed etiam contra filium, quorum neutrum illi jure permissum. Donell. d. l. 5.

XXV.

Quid autem de parente & filio spirituali statuendum? Hic penè quot capita tot sensus, quibusdam præcisè negantibus: a relinquentibus quibusdam judicis arbitrio. b Aliis non repellentibus quidem, sed eorundem testimonium non omni Exceptione majus agnoscentibus: c.

a] Tiraq. in l. si unquam. vers. susceperit n. 30. C. de revoc. donat. Hack. d. disp. 13. §. 9. b.] Menoch. de Arbitr. Jud. 2. cas. 100. in fin. i.] Alc. in l. 1. n. 2. C. de in jus voc. Tiraq. d. loc.

XXVI.

Tutius tamen admitti videntur, ex eo quod non reperiantur expressè prohibiti.

Lanfr. d. loc. n. 97. citans Bald. in d. l. parentes. n. 3. vers. idem dico in patre regenerationis. C. de test. Menoch. d. c. 100. n. 1. & 2.

XXVII.

Prætereà sub reverentiam mutuam cadunt viri & uxoris personæ; quarum nec hæc pro, aut in illum, nec vice versa ille pro, aut in hanc testimonium ferre potest.

c. si testes. §. idonei. 4. quest. 3. & ibi gl. in verb. imperari. l. etiam. & ibi gl. 1. vers. quid in viro & uxore. C. de testib. vid. Menoch. d. loc. cas. 103. n. 2.

XXVIII.



## XXVIII.

Ne quidem adversario consentiente.

*Quia adversarius conjugali favori renuntiare non potest. Hack. d. disp. 13. §. 8. lit. e.*

## XXIX.

Quod ipsum etiam in amasiis, sponsis & concubinis obtinet e.

*d] Bart. in l. 2. circ. fin. vers. Et adde. gl. C. de testib. Mascard. de probat. lib. 3. cond. 1420. nu. 4. e] Bald. in c. 1. n. 3. vers. quero nunquid Extr. de Test. quia non distat concubina ab uxore, nisi honore. l. item in legato. §. parvi. ff. de leg. 3. l. necessarius ff. de V. S.*

## XXX.

Atque hæc de iis quæ reverentiæ causa à lege prohibentur testimonium dicere: Affectionis intuitu sequentibus interdicitur personis. Ad finibus: fin causa scilicet injuriarum, aut criminali, g non item in causa civili.

*f] qui autem ad fines sint Et dicantur, latius persequi non licet, ut Et nec de gradib. quousq; hac prohibitio se extendat. vid. Lanfr. d. loc. n. 91. g] pro hac positionis parte videtur. text. in c. similiter 3. quest. 5. Et in c. absens 18. 3. q. 9. ratio quod dedecus ad finis etiam ad finem commaculet, Et propterea si ad finis pro ad fine in causa criminali testis admitteretur, ipse in causa propria testimonium ferret, contra idonei. ff. de testib. Menoch. d. loc. cas. 104. h] hoc modo conciliare laborat pugnantes Dd. opiniones Lanfr. d. n. 91.*

## XXXI.

Pari modo etiam consanguineis interdicitur.

*c. 1. cum seq. c. cum accusatores 12. 3. quest. 5. Menoch. d. c. 104. nu. 1.*

## XXII.

Nec non amicis singularibus ac intimis, i & capitalibus inimicis. k.

*i] L. 3. ibi vel amicus ei sit. ff. de testib. c. si testes vers. si testium fides. 4. quest. 5. text. in c. quoties extr. h. t. k] d. l. 3. ibi vel inimicus ei sit Et ibi gl. Et communiter Dd. omnes ff. hic. l. 1. §. preterea. 2. ff. quest. Auth. si testis productus C. de testib.*

B 2

XXXIII.



## XXXIII.

Nisi procurata ea esset inimicitia ad effectum repellendi ipsum testem.

*Ayrer. in process. observ. vid. etiam qua infra ad posit. 70. notata sunt ex Mollero.*

## XXXIV.

Quid de eo, qui contra nos in criminali iudicio testimonium dixit, statuendum? nunquid & is vel p, vel contra nos produci poterit, & vice versa nos pro vel contra illum? N. utrumq;

*Hoc ob ultionis timorem, illud propter. l. 23. ff. de testib. ibi: qui ante in eum. Diss. Donell. ad Auth. si testis. C. de testib.*

## XXXV.

Ad sociarem prædictis etiam Fratres & Sorores ob mutuam affectionem, nisi paulò post, ubi de domesticitate agendum erit, de iis dicendi locus pateret amplior.

*Posit. 47. & seqq.*

## XXXVI.

Et quod de adfinibus dictum fuit, id ipsum exaudiendum de durante adfinitate: ea autem dissoluta adfinem testem esse posse meritò conceditur.

*Lanfr. d. loc. n. 100.*

## XXXVII.

Sed nunquid idem obtinebit in personis sub reverentiæ vexillo positis, ut dissoluto eo quo conjuncti fuerant vinculo, etiam prohibitionis dissolvatur nodus? quid si distinctionis arripiatur beneficium? Et pro facti in quæstionem deducti qualitate, odiosa ne illa sit, an favorabilis decidatur?

## XXXVIII.

SECUNDO lege prohibentur alii ob lubricum consilii, & vitæ inopiam.

*l. 3. §. pen. l. in viti. 19. §. fin. ff. h. t. l. 1. ff. de minor. Donell. d. tr. de testib. c. 1. & Gæad. d. diff. §. 8.*

## XXXIX.



## XXXIX.

Idq; vel ex ætate : ut impuberes seu pupilli / in  
omnibus causis; m & minores viginti annorum, n qui  
tamen in civilibus admitti posse censentur, in crimi-  
nalibus cum communi pernegatur. o.

l] 1. quia iusjurandum prestare nequeunt absq; quo testimo-  
nium non procedit, de quo infr. pos. 186. 2. quia ætas illa ad men-  
tiendum est facilis. l. ex libero. 15. de quest. 3. quia iudicio carent,  
Et quicquid vident audiunt vè ignorant. l. cum prator. §. non autem.  
ff. de iudic. Wes. in parat. hic. m] licet enim in crimine læsa maje-  
statis & aliis quibusdam similibus casib. admittantur, illa tamen te-  
stificandi potestas non ex ear. persona, sed aliunde est metienda. n]  
l. 19. & 20. ff. de test. o] d. l. 20. & ibi Goth. Wes. in parat. nu. 3.  
Diss. Donell. ad l. si quando 15. C. h. t.

## XL.

Vel ex animi morbo, ut furiosi p mente capti q  
muti, surdi, r cœci, s ebrii, t & ebriosi, u item pro-  
digi, x.

p] l. qui testamento. §. nec furiosus ff. qui testam. fac. pos. §. fu-  
riosi Inst. quib. non est permitt. fac. testam. Donell. d. c. 1. q] cum  
uniformiter sensu & intellectu careant, nisi fortè tempore dilucidi  
intervalli testentur. r] quia testimonii iuramentum in quo tota eius  
vis versatur prestare nequeunt, per ea quæ inferius dicentur d. pos.  
186. Quid si surdus tantum sit? Distinguendum inter facta pro-  
banda. l] in illis scilicet casib. qui visui subjacent. t] quia nescit  
ebrius, quid loquatur, furioso ac ignorantì equiparatur. l. 1. §. fu-  
riosus. ff. de Act. & oblig. n] Nam tale genus hominum reputa-  
tur vile. Et infame Gomes. 3. variar. resol. c. 12. rubr. de delict. prob.  
x] l. is cui bonis. ubi gl. Bald. & Castr. ff. de testam. §. testes Et ibi  
communiter Dd. inst. eod. quis autem pro prodigo habendus sit, hu-  
jus loci non est prolixius disputare.

## XLI.

Vel deniq; ex sexu: ut mulier in testamentis  
puta.

text. in §. testes autem ibi sed mulier, Et ibi gloss. Inst. de Te-  
stam. text. in l. qui testamento §. mulier. ff. de testam.

B 3

XLII.



## XLII.

In omnibus enim causis & casibus reliquis sive  
criminales sint, sive civiles, admittuntur.

*L. ex eo. ff. de test. Trentl. disput. 8. lit. c. Hack. ubi supr. lit.  
d. & alii. per l. in questionibus. 8. ff. ad l. Jul. M. c. ex eo 15. quest. 3.  
gl. in c. 2. de Judic. in 6.*

## XLIII.

Nec non expressè in codicillis.

*per l. fin. & ibi gl. pen. in fin. C. de codicill. & in §. mulier in  
verb. poterit quam Dd. ferè omnes sequuntur. Diss. Cuiac. Hott.  
Dec. Trentl. & alii.*

## XLIV.

Inferi hîc haut incommodè potest illa quæstio.  
An pubes de iis quæ in pupillari vidit ætate testimo-  
niû ferre possit? id quod tum Dd. admittunt si tem-  
pore rei gestæ pubertati fuerit proximus, factiq; capax.

*Gloss. quæ plurib. rationib. id comprobatur in l. 3. §. Julia in verb.  
impuberes. vers. sed quæ consuevit ff. de testib. neq; id ulibi inveni-  
tur prohibitum.*

## XLV.

TERTIA legis prohibitiva causa est Dome-  
sticitas, cujus respectu etiam plures à testimonio ar-  
centur.

*l. etiam. C. de testib. l. 1. §. ad questionem. ff. de question. l. te-  
stes eos. ff. de testib. ubi Donell.*

## XLVI.

Domesticitas, quid hoc verbi? Juris nomen est  
non ædeis visibiles, sed ipsam familiam & personas,  
quæ, in domo alicujus degentes, subjecti sunt pote-  
stati ejus qui domui præest, denotans.

*Donell. d. tr. de test. c. 3. l. 11. §. 1. ff. de furt. l. 25. §. 2. l. 31. ff.  
de Edil. Edict.*

## XLVII.

Inter quas primo loco non immeritò ponuntur  
Fratres & Sorores. Licet enim nonnunquam in ci-  
vilibus



vilibus ad dicendum Testimonium admittantur.

*argument. d. l. 1. §. 1. & §. 10. Inst. de test. ordin. l. 20. §. 2. ff. qui testam. fac. poss. Dd. in d. l. parentes. Diss. Duar. 1. disp. 28.*

XLVIII.

Hoc tamen non promiscuè in omnibus procedit, quippe si causa fuerit ardua & magna civilis y aut criminalis z omninò repelluntur.

y] *Mysf. 1. Respons. n. 12. l. propter litem. §. 1. ff. de Excus. tutor. c. 1. de restit. spol. Qua autem causa sit ardua & magna vid. apud Menoch. 2. de arbit. Jud. cas. 104. z] quia cum in se testimonium dicunt in ipsum patrem dicere videntur. argt. l. ut C. de imp. & al. sub. & c. Hack. d. disp. 13. §. 9. lit. b. Menoch. d. cas. 104. Fallit si de fratris innocentia probanda ageretur Menoch. dict. cas. 104. nu. 6.*

XLIX.

Quid verò in causa duor: fratrum inter se contententium, an tertius frater pro alterutro eorum contra alterum deponere poterit? Aff.

*Propter paritatem affectionis & consanguinitatis que tollit omnem suspicionem. argt. l. non solum. §. 1. ff. de rit. Nupt. l. extraneos. §. 1. & l. in hoc C. de question.*

L.

Hos sequuntur reliqui Domestici: ut sunt servi, a liberti, b Famuli, c Coloni, d Familiars, Mercenarii. e.

a] *non quod ut olim rebus sint ad numerandi, de quo superius ad pos. 12. aut quod adhuc iuris communionem non habeant, quod vult Donell. sed quia Domestici. per predicta. b] l. 3. §. pen. & §. fin. ff. h. t. l. libertorum. 12. C. eod. & ibid. Donell. Wes. d. loc. c] c. in literis. n. 3. vers. credo. Extr. de test. & ibi Abb. qui quod in eo textu, ii qui sunt de familia capiuntur pro servitoribus, sive sint liberi sive servi, ex quo stant in domo ad serviendum, adfirmat argt. text. in l. 2. §. familia. ff. de vi bonor: raptor. cum aliis. d] secundum gloss. in §. pater in fin. in verb. in eare Instit. de testam. & in d. c. in literis in verb. de familia. e] quia & ipsi domestici putantur per text. in l. respiciendum 11. §. furta ff. de pœnis.*

LI.

Et generaliter omnes quibus imperari potest,  
ut



ut testimonium dicant, non admittuntur.

*l. 6. ff. h. t. Donell. d. loc. cap. 3.*

LII.

Ergò & vasallus in causa Domini, & subditus in causa principis prohibentur? Neutiquam. Eos enim tam pro, quàm contra hos admitti verius est, si quicquid negantium astruat turba g.

*f.] Wes. in parat. d. loc. nu. 3. & alii ab eod. allegat. g.] Quorum quidam distinguunt inter feudum magnum & parvum; Alii inter obligatum ad servitium & obligatum ad fidelitatem, nonnulli inter voluntariam & coactam depositionem, de quib. omnibus fufius hic agere non licet.*

LIII.

Quantumvis non improbandum Doctòrum Consilium: ne scilicet prius recipiantur subditi, vel alii, qui producenti Juramento obstricti sunt, quàm facta sit demissio, adeoq; Juramenti relaxatio, propter affectionis suspicionem & periculum perjurii.

*Cujus meminit Ayrer. in process. suo & ad id alludunt Wes. & Goedd. dd. llocc.*

LIV.

Nec ea quæ de Domesticitatis prohibitione hîc dicta, aut ab aliis docta, ita intelligenda, sunt, quasi æviterna illa sit, aut morte saltem dominorum interrumpatur.

LV.

Sed ita interpretanda: ut quamprimum prohibitionis cesset causa servitium scilicet, seu, ut generaliori loquendi utar formula, quamprimùm de potestate Domini domus exiverint, de subitò ejus cesset effectus.

*1. Quia in testibus presentem spectare solemus conditionem. argt. l. 3. §. 1. ff. de postul. 2. quia cessat altera ratio prohibitionis qua est, quod metuant iram Domini, cuius domestici fuerunt.*

*3. pro-*



3. probat id tex. l. 1. §. idem Nummio. ff. d. question. Donell. in d. l.  
Etiam. 2. & d. 25. comm. f. (mibi.) 184.

LVI.

Atque sic de iis rebus quæ gestæ sunt, cum adhuc domestici essent, benè & producuntur & deponere possunt.

*Sunt enim jam quasi extranei.*

LVII.

Hinc etiam nonnulli privatorum, ejusmodi personas producere cupientes, eas de sua dimittunt potestate, ut hanc domesticitatis effugiant exceptionē.

*Negat Spec. in §. 1. vers. quid si olim hic. in eo si post litem contestatam dimittatur. Hack. d. disp. 13. §. 9. lit. c.*

LVIII.

Quorum propositum aut factum, tum demum optatam consequitur metam: quando constiterit hanc demissionem non esse fraudulenter, sed bona fide, factam.

*Salic. in l. etiam. n. 4. vers. nisi fraus interveniret. C. de testib. Mascard. d. probat. lib. 1. concl. 533. n. 12. & 13. quæ fraus illi prodesse non debet, itaq; si iudex cognoverit fraudem, non magis istos audiet, quam si adhuc in potestate essent argt. l. 1. §. si: Servus. ff. de question. Donell. d. l. etiam.*

LIX.

Quæ fraus dum præsumeretur, quando dimissus actum post dimissionem produceretur in testem: vel post depositionem confestim in ejusdem reciperetur domum ac familiam.

*Lanfr. d. loc. n. 102.*

LX.

De fratribus emancipatis rem dubiam facit Justinianus in §. in testib. Instit. de testam. ordinand. nec non cessans hujus prohibitionis causa, quæ est metus de patris familiâs cui subditi fuere ira.

C

Ubi



Ubi dicit, quod, qui in potestate testatoris est non possit esse testis. Cum ergo Emancipatus non amplius sit, imò nunquam fuerit in potestate fratris, nec de domo eius, illi vè famuletur, à contrario sensu arguendum esse putat Donell. illos invicem in testimonium adhiberi posse.

LXI.

Verum, quia una cum tertia hac prohibitionis causa, etiam concurrat alia, affectionis nempe, & duo vincula fortius ligent, præterquam in prædictis casibus, fratres Emancipati ad testimonium dicendum non admitti posse videntur. Contra Donell.

Donell. ad d. l. etiam. comm. f. 184. licet enim emancipatio domesticitatis tollat prohibitionem; solvat etiam jus patriæ potestatis; non tamen tollit jus sanguinis & naturalem affectionem, quæ originem à fure natura habent, & per actus legitimos tolli nequeunt, cum jura naturalia sint immutabilia. Hinc etiam ipse, Donell. qui contrarium statuit d. loc. hæc verba adiecit: nisi quid aliud impediatur: quæ paulò post ita explicat: Fieri enim potest, ut sit ea amicitia & conjunctio voluntatum inter fratres, ut ea res facile fratrem reiciat, ne pro fratre testimonium dicat.

LXII.

Comitetur hos sequens quæstio: An clericus, qui ratione Ecclesiæ ejus videtur domesticus, pro eadem possit esse testis? A.

Dummodo ipse non sit pars principalis judicii, sed alius causam agat. puta procurator eius, & est text. in c. super eo. & c. nuncius. de testibus.

LXIII.

Item cum Monachus servo assimiletur nunquid & is vigore prædictorum arcendus sit à testimonio?

Id quatenus verum sit tractat Spec. de teste. §. 1. n. 36. Mascard. d. probat. conclus. 261. n. 1.

LXIV.

Q V A R T O lege prohibentur quidam propter infamiam & vitæ turpitudinem.

Lanfr. Donell. Gædd. & alii dictis locis per l. 3. §. lege Julian. ff. b. tit.

LXV.



## LXV.

Quidam, inquam, non enim omnes infames lege prohibentur ferre testimonium.

*Nam si lex omnes, ex aequo infames à testimonio removeri voluisset, supervacuum esset quosdam enumerare: cum lex potuisset uno verbo esse contenta, dicendo infamis testimonium ne dicito. 2. arg. l. ex eo ff. h. t. à contrario sensu colligitur ex L. Julia. quae dum nominatim quosdam excipit, reliquos admittendos censeri. Donell. d. tr. de testib. c. 1. vers. de personis turpitudine &c.*

## LXVI.

Quin-imò & notatos infamia facti indistinctè; h & eos qui jure p infamib. habentur, iis exceptis, qui nominatim prohibentur, de Jure l admittimus.

*h] tam in causis civilibus, quàm criminalibus, & quae ipsis assimilantur aliis, per modo dicta, arg. d. l. 1. §. 1. Treutl. d. disput. 5. Ita tamen ut iudex arbitretur, quantum eorum testimonio tribui debeat. Menoch. i] per modo dicta. licet interim diffidendum non sit, quod tales officio iudicis repelli possint. Vt suo loco dicetur.*

## LXVII.

Prohibentur autem nominatim: 1. is qui iudicio publico damnatus est. 2. qui eorum in integrum, restitutus non erit. 3. qui in vinculis custodiae erit. 4. Qui ad bestias ut depugnaret se locavit. 5. Quae palam quæstum fecit facitve. 6. Qui ad testimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus vel convictus est.

*L. 3. §. 5. ff. h. t. Donell. Wes. & alii d. locis.*

## LXVIII.

Item L. Julia de vi, inquit callistratus cavetur, ne hac lege in Reum testimonium ei dicere liceat, qui se ab eo parentibusve eius liberavit.

*d. L. 3. §. 5. quae verba Donell. d. tr. D. test. c. 1. ita quidem explicat, quod lex ait ei, qui se ab eo parenteve eius liberavit, eum significat quem civis civem ab hostibus redemit, ac deinde se precio redemptori soluto, liberavit, quem quidem interim servum esse non*

C 2

placet.



placet, sed tamen vinculo quodam & genere servitutis retineri, ut sic liberatus quodammodo pro liberto habeatur per l. qui testamento 20. §. 1. ff. qui test. fac. poss. Exinde autem non satis assequi licet cur talis in numerum infamium referatur.

LXIX.

Deniq; repetundarum damnati, aut ob carmen famosum, aut calumniam, vel adulterium, nec non ob vitæ turpitudinem senatu moti.

L. 13. 15. 18. & 21. ff. h. t. L. 2. ff. D. Senat. Wes. Donell. & alii dd. locc.

LXX.

His sequentem lubet adnectere quæstionem si is contra quem testis produci debet, curet eum fieri intestabilem, hoc est, de crimine publico accusari, nunquid hoc profit parti productæ, ut loqui solemus? N.

Cum factum procuratum, maximè dolosum, ad opprimendam veritatem non profit Moll. 3. Semestr. 9. per ibi allegat. Trentl. d. disp. 5. Diss. capoll.

LXXI.

QVINTO & ultimo lege prohibentur quidam ob commodi vel incommodi suspicionem.

Lanfr. d. loc. n. 107. Donell. d. tr. d. test. c. 2. & 3. & alii.

LXXII.

Hinc nemo in re propria l ut & nec tutor in re pupillari testis esse potest.

l] l. nullus. 10. ff. h. t. & l. omnibus 9. & ibid. Donell. C. eod. Bronch. cent. 2. Enantioph. 97. m] cum propter commodi vel incommodi suspicionem. Eius n. periculo lis pupillaris vertitur, tum, propter favorem & amorem quo pupillum suum prosequitur, aut certè prosequi debet vel presumitur. Bart. in l. omnibus. n. 6. C. h. t.

LXXIII.

Sic & Socius n debitor, o venditor, p fidejussor, q Sollicitator, r & similes à testimonio repelluntur.

n] Felin. in c. insuper. n. 14. Extr. de testib. Menoch. de arbitr. Jud. cas. 474. o] pro creditore suo testis esse non potest cum  
ratione



ratione debiti illius subditus quasi, & servus reputetur: per gl. in l. fideicommissa. §. si rem. in verb. non accipere. ff. de leg. 3. quoad fidei-  
insores, quod nec pro illo testis esse possit, tradit Donell. in d. l. om-  
nibus. 25. comm. f. 193. p] In causa evictionis gl. in l. nullus vers.  
an autem venditor. ff. de test. Lanfr. & Donell. d. loc. quia pericu-  
lum Evictionis & sic incommodum ex causa probanda redundans,  
eum excludere videtur. per superius alleg. post. 71. q] in causa de-  
bitoris, quia de eius agitur commodo & liberatione Donell. ibid.  
Mascard. d. probat. lib. 2. r] Lanfr. d. loc. n. 152. Menoch. de ar-  
bitr. Jud. 1. quest. 73. n. 6.

#### LXXIV.

De Herede instituto in testamento res expedi-  
ta est, quod non possit esse testis: s de legatariis ve-  
ro & fideicommissariis diversæ Dd. sunt opiniones,  
& verior tamen eorum videtur sententia, qui dicunt  
eos admitti. u.

s] Propter l. 2. ff. qui test. fac. post. §. in testibus Instit. de test.  
ordin. Wesenb. & communiter Dd. ibid. r] Distinguunt enim,  
inter testamentum nuncupativum & inter illud, quod est in scriptis  
factum in hoc concedendo in illo non item. Duar. & Vigl. u] 1. quia  
in testamento res legatarii non agitur principaliter, sed in conse-  
quentiam. 2. quia in testamento etiam sex alios intervenire oportet  
testes, aliasq; solennitates, qui numerus quaq; solennitas facile ab iis  
omnem mendacii remouent suspicionem. Donell. ad l. omnibus C.  
h. t. 3. Quid, quod testamento non tam pro probatione quam solenni-  
tatis causa adhibeantur testes, ita ut de lucro quod exinde legatariis  
vel fideicommissariis obvenire forsan potest, hic anxie non debeat  
esse solliciti.

#### LXXV.

Cæterum ad hanc quintam testium prohibito-  
rum classem etiam referendi sunt Advocati x & Pro-  
curatores, y in iis causis, quibus patrocinium præ-  
stant vel præstiterunt.

x] c. si testes omnes. §. testes quos accusator 4. q. 3. l. fin. ff. de  
testib. quia eorum interest existimari eos ex fide & bene rem tractas-  
se. Donell. d. l. 10. C. h. t. Wurms. 1. obs. 4. y] text. in c. insuper.  
in fin.



*in fin. & ibi gl. in figuracione casus Extr. de test. Hart. Hartm. tit. 15. obs. 2. z.] sic loquitur lex fin. ff. h. t. licet revocato Mandato se de facto contrarium obtinuisse gloriatur Ayr. p. 1. c. 9. obs. 2.*

LXXVI.

Nec non Iudices, a Adseffores, b Scabini & Arbitri c in causa qua cognoscunt.

a] *Cum in eadem causa nemo possit duplici officio fungi, Iudicis scilicet & testis argum. l. quisquis. C. d. post. Hart. Hartm. d. tit. 15. obs. 1. Finita tamen ventilatione cause, quin super ea testes esse possint ambigendum non est: modo non moveatur questio super iustitia vel iniustitia sententia. Myns. Respons. 55. n. 18. b] Hart. Hart. ibi. per alleg. c] l. ne in arbitris. S. si autem C. de arbit. & ibi vid. gloss. ac addit. quando iudex vel arbiter possit dare testimon. super processu coram se gesto. Hart. d. obs. 2. ex Specul.*

LXXVII.

Item si probanda causa universitatem Monasterium, civitatem, collegium, &c. concernens, si quidem civilis esset, & de singulorum ageretur comodo vigore prædictorum rejici possent ii, qui sunt de universitate Monasterio, civitate, collegio. &c.

*Putat si agatur de pascuis universitatis, in quibus singuli de universitate sua animalia pascere solent. Idem de nemoribus, in quibus singula ligna accipere possunt. &c. Menoch. de arbitr. Jud. 2. cas. 106. nu. 13. Addit Donell. etiam commodum honestam voluptatem secum ferens: puta quando ageretur de stadiis & Theatris, que sunt in civitatibus rebus ad honestam voluptatem comparatis, quod nec in illis illi de civitate testes idonei d. l. 10. 25. comm.*

LXXXVIII.

Secus si principaliter ipsum universitatem, Monasterium, Collegium, civitatem, &c. ejusq; commodum spectet. Aut causa sit criminalis.

*Prout hanc distinctionem docet Menoch. d. cas. 106. n. 17. nec caret ratione.*

LXXIX.

Finiant hæc legis prohibitorias causas illæ de criminis conscio, & litis consorte questiones, num & illi



& illi ad testimonium ferendum admittendi sint? in  
quibus Negativa videtur tutior.

1. Propter affectionem quam habent ad causam. 2. ob la-  
titantem commodi vel incommodi suspicionem. 3. l. 11. C. h. t. l. ult.  
C. de accus. l. 4. C. de quest. & c. Donell. d. l. vid. & Myns. Respons.  
42. nu. 11.

LXXX.

JUDICIS OFFITIO prohibentur de ca-  
lumnia damnati. Item hodie infamis infamia juris,  
de crimine famoso damnati, hærens in manifestis fla-  
gitiis, & alii.

*Relati à Wesenb. in parat. si. hic & alii Dd.*

LXXXI.

Huc referri possent quas de paupere & homici-  
da & mendace fufius compilavit Ayres. Verum cum  
idem per fundamenta & distinctiones easdem expli-  
carit, e brevitatis studio cum illo transeundum.

d] pauper ob solam paupertatem reiiciendus non est arg. l. 17.  
§. 4. ff. de adopt. l. 31. §. 4. ff. de Reb. autor. Jud. possid. l. 3. §. 11.  
ff. de transact. §. ult. Instit. de susp. tutor. Menoch. 2. de arbit. Ind.  
quest. 65. n. 11. & 12. & cas. 96. n. 2. e] part. 1. c. 7. obs. 2. 8. & 9.  
ubi vid.

LXXXII.

In reliquis quas de adultero, perjuro & aliis si-  
milibus personis habet quæstiones & specificas di-  
stinctiones vix est, ut ipsi subscribi possit.

*Maximè cum de illis expressos & ad literam loquentes ha-  
bcamus juris textus l. ex eo. ff. h. t. c. si quis convicta. c. parvuli. 22.  
q. 5. c. quicumq; 6. q. 1. c. ex parte. & ibi gl. in verb. de perjurio Ext.  
de test. gl. in l. Lucius ff. de his, qui not. infem. nec facta illor. dictas  
recipiant distinctiones.*

LXXXIII.

Atq; sic intellecto, qui nam à testimonio repel-  
lantur. Conjectu facilè erit, qui admittantur.

*Cognito enim uno Contrariorum facilè cognoscitur & reliquum  
in pr. Inst. de his qui sunt sui vel alien. Jur. & ibi Vultej. c. 1. ff. eod.*

LXXXIV.



## LXXXIV.

Quarum tamen aliqui legis auxilio à dicendo testimonio excusantur,

*l. 1. ff. h. t. & supra eadum fuit pos. 17.*

## LXXXV.

Nec omnibus, qui sub personis prohibitis non inveniuntur confestim ut inviti testimonium dicant, denunciari potest,

*Donell. d. tr. de test. c. 7. & 8. Wes. in parat. ff. hic. n. 3.*

## LXXXVI.

Sunt siquidem qui in totum adversus aliquos testimonium ferre non coguntur: Ne si praesentes quidem sint, & aliàs sine ulla molestia, aut in comodo illud facere possent.

*Vt idem loquitur Donellus d. tr. d. testib. & in comm. 25. ad l. si quando. C. h. t. f. 215.*

## LXXXVII.

Sunt & alii, qui licet ita à Testimonio dicendo non excusentur, ut illi; Tamen perhibendi testimonii causa non possunt evocari.

*Idem Donell. ib. sed iudex mittit Notarium ad eorum domos,*

## LXXXVIII.

Ex primo genere sunt, qui *l. 4. ff. h. t.* longo recensentur catalogo: quam legem propter verba publicor. judiciorum, ad criminales tantum causas quidam trahunt, sed malè.

*gl. in d. l. 4. quia Justinianus generaliter haec responsa in pandectas relata valere voluit. Wes. in par. hic.*

## LXXXIX.

Sunt & ex eodem numero illi, qui mox in sequenti lege s. eod. denominantur. Sponsus videlicet filiae, & sponsae pater; quorum hunc Soceri, Generi appellatione illum contineri placet.

*Intelligenda autem est omnium illorum excusatio, de iis casibus, quibus alioquin testimonium dicere possent, nam quando prohibentur*



*ventur non opus est excusatione, cum ne volentes quidem admittantur.*

XC.

Quibus omnibus nonnulli dominum & vasallum adjungunt, credentes, eosdem eadem ratione excusari posse, iis in casibus, quibus in jure pro testibus admitti possent.

*Spec. in tr. de teste. §. 1. n. 21. Schurf. Conf. 60. cent. 1. citante Wes. d. loc.*

XCI.

Ex secundo genere sunt Senes, Majores 70. annis, Valetudinarii, & illi qui cum Magistratu reipubl. causa absunt, vel quibus venire non licet.

*l. invit. 8. ff. h. t. l. 1. C. qui. atat. se excus. Puta in iis casibus, quo urgerentur ad judicem venire & ibi testimonium ferre. Donell. dist. c. 8.*

XCII.

Item utriusq; tam togatæ, quàm sagatæ, quinimo & spiritualis militiæ milites.

*Nam, quod & ad illos mitti debeat Notarius, docet ex gl. 1. ff. de Jurejur. Chil. Königf. in process. Et Gail. 1. obs. 100. n. 16. Ubi tamen quoad clericos in casu deficientis probationis limitat.*

XCIII.

Deniq; publicani, & qui non detrectandi causa absunt, quiq; exercitui, quid præbendum, transportandumq; conduxerunt. Atq; hæc de iis, qui legis auxilio se à testimonio dicundo excusari valeant, dicta sufficiant.

*l. 19. ff. h. t. Wes. d. loc.*

XCIV.

Legis, inquam, auxilio excusantur, quia ii fermè omnes ad illud jure pontificio compelli possunt.

*Wes. ubi supr. per c. pervenitur 2. c. fin. de test. cog. Spec. d. teste §. qualiter. 18. & §. pen. n. 1.*

XCV.

Maximè, quando veritas occultetur, quæ occul-

D

tatio



tatio inducit peccatum mortale.

*text. in c. quoniam. 14. quest. 2. text. in c. quisquis. 11. quest. 3.  
& in c. 1. de testib. cog. gloss. ibid. in verb. occultent. Aliam rationem  
adfert Gail. 1. obs. 100. dicens, quia testimonium perhibere est munus  
publicum & necessarium, ad quod etiam quis invitatus compellitur;  
text. in l. cum ab initio. ff. quemad. testam. aperiant.*

XCVI.

Sed nunquid etiam in causa criminali, non obstante excusationis beneficio cogi poterunt testificari? A.

*Circa hanc questionem octo Dd. esse opiniones Lanfr. tradit: sed  
verior videtur Aff. per N. 90. c. 5. vers. in criminalibus. de Testib.  
Etiam de iure pontificio. in defectu scilicet aliar: probationum.*

XCVII.

Quis autem in defectu aliarum probationum, veritatem aliter haberi non posse probari tenetur? producensne, an adversarius, an verò Testis productus & producens.

*Lanfr. d. l. n. (mibi.) 31. vers. sed modo stat. Menoch. de Arbitr. Jud. 2. cas. 106. Mascard. d. prob. lib. 3. conclus. 1359. n. 8. & concl. 1403. nu. 1.*

XCVIII.

Cæterum quod, præter enumeratas personas, quilibet pro teste sit admittendus, siue veritas aliter haberi possit, siue non, ex generalitate d. l. 1. in fin. pr. ff. h. t. colligitur.

*Alias etiam generaliter omnia licita sint, quæ non expressè lege  
vel decreto quopiam prohibentur. supr. pos. 17.*

XCIX.

Nec admittendus saltem quilibet, sed omninò remediis prætoriiis cogendus: vel mulctæ indictione, vel captura pignorum.

*Donell. d. tr. c. 8. per l. 1. §. Ex hoc edict. ff. d. ventr. inspici.*

C.

Poterat hic aliquis ex particula V E L disjunctiva arguere, quasi per eandem, ope & adiumento l. 124. ff. de



*ff. de V. S. prætor seu Judex alterutra earum privetur.  
Ubi agitur de verbis disjunctivis eorumq; natura & proprietate.*

CI.

Verum hoc nec mens positionis, nec *d. l. 124.* expressiùs ponendo; quod si judex quempiam productorum testium, per alteram harum ad obsequium & veritatis professionem perducere non posset; tunc eidem ad alteram liberrimus pateret aditus.

*l. 1. in pr. ff. si quis jus dic. non obtemp. l. curent. ff. h. t. l. judices. C. de fid. Instr. §. fin. Instit. d. satisdat. Addunt Dd. quod si causa agitur coram Judice Ecclesiastico, quod testes cogi possint per Ecclesiasticas censuras: nempe per suspensionem, & crescente contumacia per Excommunicationem & depositionem. text. est in c. prædicto. in fin. ibi. Ecclesiastica districtione compellas. de test. cog. Si autem agatur coram Judice seculari præter multa & indictionem, (quæ potest quandoq; extendi usq; ad confiscationis Bonorum pœnam Bart. in cap. 2. in pr. de test. cog.) etiam carceratione compelli posse quidam volunt. Masc. i. d. probat. quest. 5. n. 61. Bart. in l. si quando post. n. 7. C. de test.*

CII.

Dictum huc usq; de personis, earumq; partim prohibitione, partim excusatione, nec non reliquarum compulsione prætoria. Nunc de materia ad quã soleant, aut possint adhiberi testes, paucula quædam attingenda.

*Quæ materies ad quam, sunt facta ad quæ testes se referre debent. Anchar. cons. 248. ad prædicta. per l. stipulatio. §. hi quoq; de V. O. iterum citante Wesf. in parat. ff. h. c. n. 4.*

CIII.

Antiquitùs qui Adversarium in jus duceret, is necesse habebat testem vocare aliquem, qui tum fortè præsens esset, tacta ejus aure.

*Ut videre est ex illo Horat. loco. 1. serm. satyr. 9.*

————— Et licet antestari: ego verò

oppono auriculam; rapit in jus: &c. —————

*Idq; autoritate XII. Tab. ubi dicitur, si in jus vocet atq; eat, nisi statim eat, en capito: antestari: si calvitur, pedemvè struit manum en*

D 2

do jacito.



do jacito. *Vult. i. discept. Scholast. Obrecht. de concip. & form. lib. bell. c. 8. n. 2.*

CIV.

Hodie verò cum omnes istæ Testationes obso-  
leuerint, ideo nec in litis contestatione testes adhi-  
bentur; fitq; simpliciter litis contestatio coram judi-  
ce, etiam si nullus præterea adsit testis.

*De quo agit Obrecht. in tr. de litiscon. c. 6. An autem utriusq; partis presentia requiratur in litis contestatione hujus loci non est discutere: qui vult. vid. Dn. Obr. d. tr. ubi negativam propugnat, & ad contraria responder. d. c. 6. n. 5. 6. & seqq.*

CV.

In quibus ergo causis & actibus hodie testes ad-  
hiberi solent ac possunt? R. In omnibus; siue crimina-  
les sint, siue civiles; Judiciales vel Extra judiciales :  
publici, vel privati.

*l. 1. in pr. ff. h. r. c. de testib. 29. c. testimonium. 54. de testib. c. 21. eod. in sext. In causis tamen criminalibus magis idonei requiruntur, quam in pecuniariis d. c. testimonium. Wes. d. n. 4.*

CVI.

Ex his tamen in quibusdam necessario requirun-  
tur & ipsam actus concernunt substantiam; in tan-  
tum, ut si qualis-qualis interveniat defectus, actus ipse  
reddatur nullus, in quibusdam non item.

CVII.

Prioris generis sunt è multis sequentes. Testa-  
menta f Codicilli g Donationes & Repudia.

f] in quibus tam necessarij sunt, ut si nulli omnino, aut aliqui  
quidem, sed non legitimi, aut non legitimo numero sint adhibiti Te-  
stamentum sit ipso jure nullum. *Vult. Instit. de testam. ordin. §. 2. &  
seqq. nu. 4. de quo alibi. g] licet enim codicilli nullam desiderent so-  
lennitatem ordinationis §. fin. Inst. de Codic. tamen testium adhi-  
bendorum requiritur solennitas, quæ probationis est, ut dicitur in  
l. fin. C. de codicill. Borch. Instit. d. codicill. in fin. h] quæ fiunt mor-  
tis causa. l. fin. c. d. donat. Schneidw. Instit. de donat. n. 20. i] l. nul-  
lum. ff. de Repud.*

CVIII.



CVIII.

Posterioris verò generis sunt Contractuum causæ, quæ, ut plurimum, sunt spontaneæ: & testes quidem recipiunt, verum non tanquam substantiale requisitum, sed quasi accidens. Exceptis iis, quæ in *Auth. rogati. C. de testib.* recensentur.

CIX.

Hinc nec in hisce omnibus & similibus certum præscribere numerum licet, ut in illis.

CX.

Sed præmissis ac stante vulgari istoc Juris axioma, quod unius hominis testimonium non valeat, quantacumq; eius cæteris in rebus fuerit autoritas, & quantumvis præclaræ curiæ honore fulgeat.

*l. jurisiurandi. §. 1. C. h. t. l. maritus. ff. d. quest. gl. in c. ego solus dist. 9. Socin. Reg. 507. Et alii relati per Vult. 2. l. R. c. 2. n. 44.*

CXI.

Adeo ut Principis adsertioni, tametsi Juramento confirmatæ, regulariter, non esse credendum probari videat per *l. omnibus. C. de testam.*

*Vult. d. c. 2. allegans ad hoc clem. 1. de probat. c. quinq; 11. q. 1. c. cum à nobis. de testib. l. fin. C. donat. in r. vir. Et uxor. Vasq. de success. creat.*

CXII.

Et ne unius hominis testimonium valeret, non primum *l. jurisiurandi. §. C. h. t.* sancitum, sed apud omnes æque gentes observatum esse tradit Lagus.

*In Method. §. civil. p. 5. c. 25. n. 33. Hinc videtur esse, quod quidam Dd. adfirmant, nec statuto, nec constitutione, nec consuetudine, nec etiam à Principe vel Papa fieri posse, ut unico testi plena fides adhibeatur. Crot. in tr. de testib. n. 219. Et 221.*

CXIII.

Hinc etiam Græci proverbii schemate, unus vir nullus vir dicitur: & est in *c. admonere. 34. q. 2.* quod unius testimonium nec justificet nec condemnat.

D 3

c. 26



*c. veniens ad nos. 10. in fin. q. 2. d. testi.*

CXIV.

Nisi testis ille unicus deponeret de facto proprio secundum Menoch.

*d. arbitr. Jud. 2. cas. 99. ubi sex enumerat casus. & alii relati per Vult. d. n. 44. Myns. Resp. 25. n. 1.*

CXV.

Aut utraq; pars litigantium in eum consentiant. In civili puta, *k* non etiam criminali causa, vitam vel honorem concernente. *l.*

*k]* Sicuti enim partes facere possunt, ut dicto alterius partis, & sic adversarii ipsius credatur. *l. fin. C. de fideicom. l. hac venditio. ff. d. contrab. emt. ita etiam & hoc poterunt. vid. Myns. s. obs. 26. 1]* Bart. in *l. Theopompus. ff. de dot. preleg. Bald. in l. iudices. C. de sentent. & interloc. Vult. d. nu. 44.*

CXVI.

Vel deniq; cum teste unico alia concurrant ad minicula, & præsumptiones, ex quibus plena resultare posset probatio.

*gloss. in c. cum causam. & in c. fin. d. success. ab intest. c. quoniam frequenter. §. porro. ut lit. non contest. l. 2. §. 1. ff. de Excus. tuor. Vult. ubi supr.*

CXVII.

Hoc, inquam, stante ac præmissis, in illis, contractuum puta, causis pro regula manet illa Ulpiani lex, ubi numerus testium non adjicitur, etiam duo sufficient: Cum pluralis elocutio etiam duorum numero contenta sit.

*l. 12. ff. h. tit.*

CXVIII.

Quæ lex etiam in sacris fundata est; ubi disponitur, quod in ore duorum vel trium omne consistat verbum.

*Deut. 19. & Matth. 18. Lag. d. c. 25. nu. 34. & tactum fuit supra.*

CXIX.



CXIX.

Atq; licet alioquin quibusdam legib. amplissim<sup>o</sup> testium definitus sit numerus: tamen ex constitutionibus Principum hæc licentia ad sufficientem numerum coartatur; ut Judices eum solum numerum evocari patiantur, quem necessarium putaverint, nec effrenatâ potestate, ad vexandos homines, superflua multitudo testium admittatur.

*l. 1. §. fin. ff. h. t. c. cum causam. 37. in fin. 2. de testib. c. significaverunt. & ibi gl. in verb. effrenatam. Extr. de testib. Quis autem dicatur effrenatus numerus non usquequaq; convenit. De Jure Canon. per d. c. cum causam. Extr. de test. extendunt usq; ad 40. testes. De Jcivili ad 3. 4. 6. 10. & non plures. Menoch. 2. cas. 240. id iudicis arbitrio remittit, pro magnitudine cause, & personarum qualitate, judicandū, quis sit sufficiens vel effrenatus numerus. At qualiter Judex refrenabit? Dic: quod testium Numerus refrenatur per Judicem non antequam examinentur, sed cum aliquib. examinatis, videri producentis intentionem probatam. vid. de hac practica refrenandi testes Spec. in tit. de teste. §. restat. post. n. 12. vers. sed quomodo. Menoch. d. loc. cas. 240.*

CXX.

Manet itaq; verum, quod antea pos. 109. dictum fuit non omnibus æquè casibus certum præscribi posse testium numerum. videndi tamen ex pluribus pauci.

CXXI.

In Testamentis *m* & Repudio *n* septem: In Codicillis *o* vero & Donatione mortis causa *p* tantum, quinque requiruntur.

*m*] §. sed cum paulatim. Instit. de testam. ordin. l. hac. consuetissima. C. de testam. Cur autem septem adhibendi sint testes, & non plures, non pauciores, ratio, inquit Vulteius, nulla est alia, quam quod Romanis, ita placuerit: nam in septenarium numerum vim aliquam ponere, superstitiosum est. d. §. sed cum paulatim. Inst. de test. ordin. n. 27. *n*] d. l. nullum. ff. de Repud. *o*] d. l. fin. C. de Codicill. & l. fin. C. de fideicom. Borch. Inst. de codicill. in fin. *p*] d. l. fin. Cod. de donat.

CXXII.



## CXXIII.

In solutione facta creditori eius debiti, quod erat in scriptis, nullo confecto solutionis instrumento quinque; Et in confessione creditoris confitentis sibi solutum tale debitum, itidem quinque; sufficiunt. r.

q] *l. testium junct. Auth. rogati. C. de test. & ibi Donell. 25. comm. f. 207. & seq. r.] Nov. 90. c. 2. junct. l. testium. C. de testib. 14. Donell. d. loc.*

## CXXIV.

Alii; omnes speciatim debent esse rogati, non fortuiti, nec transeuntes, nisi actum quis velit nullum s exceptis mortis causa donatione & codicillis. r.

s] *l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de testam. d. Auth. rogati. & ib. Don. modo quoad confessionem creditoris agatur de debito scripto. Donell. d. loc. nec presumuntur rogati, nisi se subscribant. Wurms. d. tit. 78. obs. 13. n. 1. t.] Schneidw. ubi supr. n. 20. & Borch. d. §. si. Inst. d. Cod. Diss. Donell. d. loc.*

## CXXIV.

Quantumvis numerum septenarium requisitorum in testamentis testium, ut augeri ille jure potest u Ita lege Municipali seu statuto minui posse non diffitendum. x,

u] *Uult. c. 73. §. R. & Inst. de testam. ordin. n. 27. x] quia solennitas septem testium solum introducta est §. civili. l. hac consuetissima. C. de testam. constat autem adversus ea, quae §. civili disposita sunt statuta condi posse. §. sed naturalia. Instit. d. I. N. G. & C. sed an tale statutum etiam extendat vires suas ad bona extra territorium sita, querit & Aff. Myns. 5. obs. 20. n. 4. & ibid. Reiger.*

## CXXV.

Nec ex oculis ponenda diversitas Testamentorum circa testium adhibitionem: de qua hac vice agere non licet.

## CXXVI.

Ulteriùs: in negotiis, quæ inter vivos geruntur, & de quibus instrumentum conficitur, tres requiruntur testes, si res excedat libram auri in urbe transacta.

*Nov. 73. c. 1. 2. & 8.*

CXXVII.



CXXVII.

Si verò contrahatur per literas in civitate, cum imperito literarū, volunt leges quinq; interesse testes.

*Auth. sed novo. C. si cert. petat. Donell. d. loc.*

CXXVIII.

Sic in confectioe inventarii tres adhibendi testes, si absint quos res tangit, ut & in præscriptionis interruptione probanda.

y] *Nov. 1. c. 2. §. 1. z.] secundum distinctionem l. 2. c. d. annual. Except.*

CXXIX.

Depositum si quis velit esse testatum tres sufficere constituunt testes. *Lag. d. c. 25. p. 5. n. 13.*

CXXX.

In lite feudali; Dominus ad convincendum vasallum de feloniam omninò quinq; testibus opus habet.

*text. in c. 1. quot. test. sint neceß. ad prob. ingr. Ult. l. R. c. 2. n. 51. per ib. alleg. Dd.*

CXXXI.

Jure nostro patrio seu constitutionibus Saxonice pacta dotalitia, duobus, tribus, vel quinq; testib. præsentibus celebrari jubentur, addita distinctione, an in vim contractus, an verò in vim ultimæ voluntatis celebrentur.

*part. 2. constit. & ibi Moll. in comm.*

CXXXII.

Unicus adhuc in Jure civili occurrit casus jam referendus: in ventre inspiciendo tres adhibendæ obstetrices. Et sic de re reliquis per longum discursum ait *Lanfr.* quem hic instituere, neq; operæ pretium est, neq; temporis locivè patitur ratio.

*l. 1. in pr. ff. d. ventr. insp. Spec. d. §. 11. n. 7.*

CXXXIII.

Quin-imò ut tacta prius per transitum & tribus, quod ajunt, verbis testium, quasi divisione de quâ

E

supra



supra *posit. 15.* mentio & promissio facta fuit, de productione, Juramento, & Examine eorundem agatur, intermixtis paucis de Articulis Interrogatoriis, & Directoriis, cum ordo, tum propositum efflagitant.

CXXXIV.

Pars ergo testium in prædictis casibus Testamentariorum, pars instrumentariorum merentur nomina: 2. Appellantur itidem nonnulli Iudiciales, Extrajudiciales alii: 3. quidam Rogati, Fortutiti quidam; 4. aliqui deniq; civiles, criminales aliqui censentur pro causarum actuumq; qualitate.

*Atq; sic quodam modo satisfactum est positioni. 15. addantur, & hisce ii, quorum infr. pos. 289. fit mentio.*

CXXXV.

In productionis materia in frontispicio hæc occurrit quæstio, nunquid ea quodocunq; & quovis tempore fieri possit, hoc est, tam ante, quam post litis contestationem, pro cuius decisione & mentis nostræ ex mente Dd. explicatione, haut in concinna videtur sequens Distinctio.

CXXXVI.

Aut testis directè, id est, per ordinariam Juris viam: aut indirectè, id est, ad æternam rei memoriam à parte pro qua producitur;

CXXXVII.

Priori casu illa regula manet immota, quæ est, quod ante litis contestationem testes produci, aut recipi non debeant.

CXXXVIII.

Et si recepti fuerint talis receptio est nulla; nec quod inde actum est valebit.

CXXXIX.

Ratio quia testes non producuntur ad finem instruendi judicem, sed ad finem fidem faciendi, de iis, quæ



quæ pro instructione in iudicium deducta fuerunt:  
Atqui in iudiciū non deducitur res deducta, nisi post  
litem contestatam.

*l. non potest videri & l. solemus. in pr. ff. ad Jud. Lanfr. d. loc.  
nu. (nibi) 46.*

CXL.

Imò iudex demum lite negativè contestata pro-  
bationem imponit, ac fieri debere decernit c idq; in-  
tra terminum productioni præstitutum, prout termi-  
nus præstitui certus, puta sex septimanarum & trium  
dierum, *Sächsische Frist.* tam auctori quàm reo solet. d

*c] l. à precedente ubi Bart. C. de dilat. d] Wes. in parat. ff. hinc.  
n. 5. per ibi alleg. constit. Nov. Elect. Saxon. p. 1. Const. 16. & ibi  
Moll. Intra quem & produci testes, & ad sacramentum adigi neces-  
sum est, ne producenti præscribatur. Wesenb. d. loc. & d. const. 16.*

CXLI.

Posteriori casu, quando nempè indirectè, hoc est,  
extraordinariè ad æternam rei memoriã Testes pro-  
ducuntur, recipi quidem illi debent ante litem conte-  
stationem.

*Vigore c. significavit. 41. de test.*

CXLII.

Ad hoc tamen, ut receptio, possit obtineri, tam à  
parte auctoris, quàm à parte rei quædam necessariò re-  
quiruntur.

*Gail. 1. obs. 92. n. 3.*

CXLIII.

A parte Auctoris tria: 1. ut testes sint senes. 2. quod  
sint valetudinarii: 3. ut sint diu abfuturi.

*per text. in d. c. frequenter. & in Auth. Sed & si quis. C. de  
testib. Bald. ibid. n. 3. Gail. d. obs. 92. n. 3. & 7. ubi quinquagena-  
rios, senes dicit. quis autem valetudinarius sit, iudicis arbitrio com-  
mittitur. Menoch. cas. 60. n. 5. ut & diuturnitas absentia. Menoch.  
d. loc. cas. 62. nu. 3.*

E 2

CXLIV.



CXLIV.

Ea q̄; obtenta actor tenetur intra annum litem movere, e aut saltem examen testium ipsi denunciare: quod ipsum si facere neglexerit, universi hi actus, viribus amissis, corruunt. f.

e] *d. c. quoniam frequenter* & *ibid. Panorm. qui quidem ab initio utilis est, hoc est, non currit, nisi à tempore, quo potuit agere gl. in d. c. quoniam frequenter. verb. infra annum. Et dicit Alciat. in tr. d. presunt. in pr. §. 2. n. 15. quod contra actorem non agentem intra annum sit presumptio juris & de jure, quod examinationem in fraudem petierit. Gail. d. obs. 92. n. 4. & seqq. & obs. 94. n. ult. f.] Hart. Hart. d. tit. 18. obs. 10. n. 4. & per predict.*

CXLV.

A parte verò Rei quidam indifferenter & indistinctè hujusmodi testium ad æternam rei memoriam admittunt productionem.

*per c. significavit. c. Albericus. Extr. d. test. Ratio: quod in ipsius potestate non sit, quando ab actore conveniatur, ut si interea sibi litem motum iri metuens, cause sue testimonia acquirat, sapere videatur, ne aliàs cum tempore illa pereant. Grev. 1. concl. 92. Gail. d. obs. 92. n. n. 8. Myns. 4. obs. 72. n. 6.*

CXLVI.

Quidam exceptionis inspiciunt naturam: & nunquid ea reo competat per modum actionis; an verò simpliciter & ex natura omnium exceptionum, quæ nullam vim habent actionis, hoc in casu recipientes: illa non item; quæ sententia videtur tutior.

*Lanfr. d. loc. Gail. d. obs. 92. n. 11. cum seq. Hart. Hart. 2. obs. tit. de test. obs. 11. n. 1. & 6. ubi addit, quod si Reus publicari faciat attestaciones ad perpetuam rei memoriam factas, eum postmodum lite contestata alios testes producere non posse maximè, si didicisset re- stificata per Auth. at qui semel. C. de testib.*

CXLVII.

Cæterum, quæ positione 137. de teste ante litem contestatam non recipiendo posita sunt: fallunt in causis summaris, Matrimonialibus, & spiritualibus.

Item



Item in emergentibus & incidentibus ante litem  
contestatam.

*Lanfr. d. loc. n. 57. partim enim sunt tales, ut litiscontestatio-  
nem non expectent, partim tales ut necessario ante illam sint expe-  
diende.*

CXLVIII.

Item si quis agere non potest, veluti si ipsi ali-  
quid sub conditione vel in diem debeat, rectè illud  
examen admittetur: ut maxime ipsi testes neque se-  
nes, neque valetudinarii, &c forent.

*Vid. de hoc. Myns. 4. obs. 72. n. 4. cum seq.*

CXLIX.

Sive autem pars pro qua, laboret hoc, vel illo  
modo producere testes: utroq; casu antequam eos-  
dem personaliter vel Judicio sistat, eosvé absentes de-  
nominet judici, & ut post præstitum juramentum ri-  
tè examinari patiat, petat, opus est, ut prius Scripto  
comprehensas ac certo ordine contextas habeat po-  
sitiones seu Articulos probatorios.

*Bart. in l. 4. §. hoc autem 8. ff. famil. ercisc. Spec. de teste. §. nunc  
videndum. n. 1. & seqq. Gædd. d. disp. 14. th. 15. lit. d. Wes. in parat.  
hic. n. 5.*

CL.

Positiones seu Articulos probatorios habeat, in-  
quam: pro eodem enim nunc usurpantur, & imò idem  
sunt in substantia.

*g] quid & qualiter olim pro diversis habiti fuerint, vid. apud  
Obrecht. d. Lib. ill. conc. & form. 11. concip. h] Henning. Gæd. in pro-  
cess. suo p. 1. Rubr. 14. n. 7. Gail. 1. obs. 73. in fin. & 79. n. 3.*

CLI.

Qui formandi sunt ex ipsius libelli substantia  
& corpore. i Aliàs impertinentes erunt, & omninò  
rejiciendi k non obstante clausula: Salvo-Jure im-  
pertinentium l.

*i] Hinc eleganter Jaf. in l. vinum 22. n. 23. ff. de reb. cred. dicit  
libellum probationem & sententiam debere esse conformia; quia*



probatio secundum narrata libelli est facienda, & quia sententia iuxta libelli petitionem formanda. Modest. Pist. Conf. 21. vol. 2. Obr. d. tr. de concip. & form. libell. c. 24. n. 49. r] Gail. 1. obs. 81. n. 23. quia impertinentia non debent admitti text. in l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de Iurejur. l. ] cuius clausula aliàs magna vis est: tam ex parte respondentis, quam ex parte iudicis. Nam si litigator respondeat articulis adjecta hac clausula, hac protestatio facit, ut si positio cui semel responsum est, postea impertinens repercatur, pro non confesso habeatur respondens, nec ullum ipsi generetur praejudicium. Et si esset probatio reddita super tali positione impertinenti, quando admissa fuisset sub tali clausula, nullius momenti erit. Sic etiam ex parte iudicis operatur, quod si evidenter appareat, in processu non fuisse admittendas aliquas positiones, habeantur pro non admissis, & rejiciantur depositiones testium super illis recepta. Myns. 2. obs. 5. Gail. 1. obs. 81. n. 12. 13. & seq.

#### CLII.

Debentq; esse super facto, non jure ut supr. pos. 13, tactum fuit, quia ad articulum juris respondere nemo tenetur.

Articuli enim ideo ponuntur, ut, si negentur, probari possint; At jus semper est certum per supr. allegat. non ergo indiget probatione. Gail. 1. obs. 82. n. 7. & 13. obr. d. tr. de concip. & form. lib. c. 17. n. 50. ubi addit: quod si quis ad iuris articulum responderet, nihil vel sibi obesse, vel prodesse adversario, n. 51.

#### CLIII.

Potest tamen articulari jus, quod ex facto articulato oritur; m. Jura verò non sunt articulanda ne disputationibus detur occasio n. nisi Jura sint Municipalia, o. vel agatur de consuetudine. p.

m] Secundum Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de test. §. nunc post. pr. Myns. 5. obs. 88. n. 6. n] Spec. tit. de Advoc. §. consequenter vers. caveat nisi iudex esset imperitus, &c. Myns. d. obs. 88. o] Et si enim Ius Municipale vicem legis obtineat, tamen cum in facto consistat c. 1. de constit. in 6. & facta non presumantur, nisi probentur, consequenter sequitur partem tali positioni respondere teneri. Gail. 1. obs. 82. n. 14. Obrecht. d. loc. n. 53. ubi tamen notat quandam distinctionem non rejiciendam, quam ibidem vid. p] Gail. per d. funol. d. loc.



*d. loc. Myns. per Bald. in c. 1. vers. super statuto. C. qua sit long. consuet. d. obs. 88.*

CLIV.

Offerri etiam dicti Articuli non solum iudici debent, sed & copia eorum, parti contra quam produciuntur testes, transmittenda.

*Wesenb. d. n. 5. & Wurms. d. t. 13. obs. 23.*

CLV.

Quibus adnectere lubet illud, in casu, quo ab actore testes producuntur ad perpetuam rei memoriam, teneri actorem, ut articulos de quibus testes examinandi sunt, unà cum testium designatione & eorum ætate exhibeat.

*Idq; in eum finem ut iudex cognoscere possit, an periculum in mora sit, & articuli tales, qui ad probandum admitti debeant. Gail. 1. obs. 93. n. 3.*

CLVI.

Copia autem articulorum ideo transmittenda reo, ut is tam suam de excipiendo contra testes protestationem, ut omnino facienda est, peropportune facere possit.

*Wes. d. loc. & infr. pos. 265.*

CLVII.

Quam vicissim sua super iisdem concipere Interrogatoria.

*Idem ibid. de quorum definitione ut & de origine latiore institueret disquisitionem non licet.*

CLVIII.

Quorum Interrogatoriorum duo videntur esse genera, alterum quo fides & integritas personæ: alterum quo notitiæ certitudo exploratur. Illa vocantur gemeine Fragstück: Hæc sondere Fragstück seu Fragstück auff die Hauptsache.

*Ldg.*



*Lag. d. c. 25. Method. civil p. 5. n. 14. Gail. quadrifariam eorum ponit differentiam, quædam substantialia, coherentia quædam, alia ad cautelam, inutilia alia faciens ex Bald. in l. testium. n. C. de testib.*

CLIX.

Ad quorum ultimum genus, etiam referri posse videntur, quæ ab Ayrero præliminaria appellantur, ut ad primum quæ ab eodem Generalia circa personas inscribuntur.

*Ayr. in process. p. 1. c. 7. & p. 3. c. 43. an autem admittenda illa sint, nec ne; huius loci non est disquirere.*

CLX.

Ambo propter duo à Dd. inventa: primo ad deprehensionem Falsitatis, secundo ad Judicis sive recipientis testes instructionem.

*Chil. König. per Joan. Andr. in c. per tuas. extr. de testib.*

CLXI.

An autem parte Interrogatoria conficere cessante, iudex ea elaborare possit aut debeat, quæsitum? A.

*Sunt qui id arbitrio iudicis committant. Grev. 1. concl. 95. conf. 2. n. 12. c. cum causam extr. de Testib.*

CLXII.

Licet iis confectis eorundem copia parti adversæ non mitti soleat nec debeat, prout debet ac solet mitti copia articulorum.

*Supr. posit. 154. Idq̄, ad evitandum subornationis & instructionis periculum. Posset enim super huiusmodi Interrogatoriis pars producens instruere testes, & versare, ut ex Quintiliano loquitur Gail. atque sic falsitati ansam præbere. 1. obs. 95. n. 6. Wurmsf. tit. 18. obs. 23. n. 2. & 3.*

CLXIII.

Sive autem mittatur parti contra quam Articulorum copia, & vicissim super iisdem fiant interrogatoria, sive non; nihilominus testium valet receptio.

Ue



*Ut enim necessario pars contra quam, interrogatoria conficiat non tenetur. Gail. d. obs. 95. n. ult. & obs. 102. n. 2. quia non est de necessitate interrogatoriorum confectio, sed saltem de voluntate, ut ait Wurm. d. obs. 23. n. 1. & Gail. d. loc.*

CLXIV.

Sic: si nec iudex certa interrogatoria in scriptis elaborare voluerit, poterit eorum loco: ex officio prudenter de singulis circumstantiis, de causis scientiæ, loco, tempore, visu, auditu, credulitate, fama, certitudine & aliis, quæ forte per Interrogatoria expediri consueverunt, verbotenus inquirere, & cuncta bene conscribere.

*per text. notab. in c. cum causam d. testib. gl. sing. ibid. in verb. de causis & verb. de tempore ibi: notantur aliquot versiculi. Et est text. sing. in d. l. 3. ff. eod. Gail. d. obs. 95. n. 8.*

CLXV.

Secus si ob legitimum impedimentum pars comparere in termino præfixo, & interrogatoria exhibere non possit: tunc n. dilatione ad producendum concessa, examen suspendi deberet.

*Facit ad hoc text. in l. quasitum ff. de Re Jud. Gaden. in pr. Rubr. 17. n. 6. Gail. d. obs. 95. & obs. 96. n. 8. Adeo, ut si recepti essent testes, ac examinati de facto, probato impedimento, neutra illarum valeret. Gail. l. obs. 102. n. 3. per ibi all.*

CLXVI.

Insinuatis verò Interrogatoriis, tam super iisdem quàm super articulis, atq; adeo tota causa, tam pro una, quàm pro altera parte examinari debent testes.

*gl. & Dd. in Auth. sed iudex. C. de Episcop & cler. Vulc. d. loc. f. R. n. 55.*

CLXVII.

Nec tamen testis ad interrogatorium criminofum, Ob er ein Ehebrecher/ Todtschläger etc. sey/ respondere tenetur.

*quia nemo tenetur se prodere. c. quis aliquando §. 2. de pœnis. distinet. 1. Item non debet, quis propriam suam allegare turpitudinem.*

F

nem.



*nem. l. transactione. C. de transact. Hart. Hart. 2. obs. 12. tit. 15.  
nn. 1. Ubi addit. n. 4. Si testis prodit crimen suum credendum est ei  
ad hoc scilicet, ut repellatur à testimonio: non etiam in causa ad quam  
fuit productus.*

CLXVIII.

Quid si iudex dolo, vel negligentia, testem super  
interrogatoriis non examinaverit: an totum examen  
per articulos habitum tanquam invalidum corruet?  
Minimè. Sed parti contra quam, facultas repetendi  
testes ad interrogatoria remanet integra, etiam post  
publicationem attestatorum.

*per text. d. c. per tuas. Extr. de testib. gl. ibid. in verb. audien-  
dum. text. in c. causam que El. 2. eod. tit. gloss. ibid. in verb. aliis  
Schurff. cons. 85. n. 2. Gail. d. observ. 95. n. n. 7. & obs. 105. nn. 12.  
Myns. 1. obs. 32.*

CLXIX.

Non aliter ac parti à quâ, super omisso articulo  
post publicationem attestatorum, aliud conceditur  
examen.

*Mynsing. dict. obs. 32. per Spec. de teste. §. nunc videndum  
in fin.*

CLXX.

Modo ille articulus à Judice in examinando,  
non à parte producente in concipiendo, omissus sit.

*Doctores alleg. dict. loc.*

CLXXI.

Quippe etiam si pars à quâ; articulos priores, ex-  
pressa protestatione, plures iisdem addendi, obtulis-  
set Judici, eandem protestationem tamen omninò  
inutilem esse; nec vigore illius vel unicum saltem,  
addere prioribus articulum & tanquam super omisso  
testes iterato producere, & examini exponere licere  
notum est.

*Moll. 4. Semest. 36. in pr. que aliàs eius clausula vis sit,  
videri potest apud Obrecht dict. tract. de concip. & form. libell. nu.  
37. ubi*



87. ubi Sigismund. Scacc. in tr. de Jud. lib. 1. c. 50. nu. 12. allegat,  
qui dicit clausulam illam stare in libello, ut circulum ad tabernam.

CLXXIII.

Quinimò scribit Möllerus Additionales ejus-  
modi articulos, ut vocant, aliquoties per sententias  
non tantum in Scabinatu, sed etiam Judicio appella-  
tionum aulico esse rejectos.

d. 4. Semestr. 36.

CLXXIII.

Providi ergò sint necessè est, & diligentes  
Advocati, ne vel in concipiendis articulis aliquid, q̄  
ad fundandam intentionem, eamq; probandam ma-  
ximè spectet, omittant.

Gail. dict. observ. 95.

CLXXIV.

Vel in conficiendis interrogatoriis aliquid, quod  
probatum magis parti suæ nocere, quàm prodesse  
possit, collocent.

Gail. d. loc. ubi simul dicit quod in hoc ab Advocatis gravissi-  
mè peccetur, dum in generalibus interrogatoriis non sine maximo  
partis producentis sumtu, & summo judicis tadio aliquot paginas  
inutiliter complent.

CLXXV.

Præter articulos, tenetur amplius pars produ-  
cens judici exhibere, tam designationem testium,  
quam articulorum directorium, super quibus sin-  
gulos testes examinari cupit.

Gail. d. obs. 92. n. 3. & obs. 95. n. 7. per gl. not. 2. verb. nomina.  
de testib. in 6. & extat ejus formula apud Ayr. in process. p. 2. descri-  
ptionemq; ponit Vult. 4. Inst. de action. in pr. n. 82.

CLXXVI.

Ex quo directorio, & ex quâ testium designatio-  
ne iudex non solùm citationes formare, sed & exami-  
nis futuræ juxta illud instituere potest, & debet te-  
norem.

Neg. enim aliàs divinare potest, quorum articulorum scienti-  
am habeat testis.

F 2

CLXXVII.



CLXXVII.

Citationes ex directorio, vel designatione testium formabit iudex? nunquid ergò ad hoc ut valeat dictum testis, omninò & substantialiter tam directorii vel designationis exhibitio, quàm citationis emissio, requiruntur, N.

*Volunt quidam: hoc ad evitandam spontaneam oblationis, & consequenter suspicionis affectionem. Croc. de testib. Et alii quos refutat Lanfr. d. loc. n. 11. Illud propter modo allegatã rationem pos. 176.*

CLXXVIII.

Cum etiam præsens & inopinatò in iudicio repertus testis, sine prævia citatione; & de facto saltem certioratus, & post præstitum Juramentum, examinari possit.

*r] citationis enim præcipuus effectus est comparitio, jam autem qui præsens est in iudicio frustra citaretur. Myns. 6. obs. 16. n. 1. Gail. 1. obs. 51. n. 8. s] alias actus dicitur factus tanquam contra absentem, & non subsistet, ut eleganter per Bart. in l. furiosi. in fin. ff. de Re Jud. Myns. tradit d. loc. n. 4.*

CLXXIX.

Communis tamen practica est in contrarium: quippe qua omnes testes ad certum tempus & locum citantur.

*Ex stylo fori, non ex necessitate juris.*

CLXXX.

Omnes testes citantur: sive peregrini sint, sive incolæ, sive recipientis agnoscant jurisdictionem, sive non.

CLXXXI.

Hoc interim servato discrimine, ut horum iudicibus per literas mutui compassus, ut vocant, seu imploratorias, publicum hoc testimonii dicendi significetur munus. & addita petitione, ut in subsidium juris eas personas, de quarum testimonio agitur, iudicio extero se susti patiantur. u.

*t] Panormit. in c. i. cum vult. n. 1. de testib. & in rubr. de testib. cog.*



*eog. ita declarat : quod officium testis sit in se publicum , text. in l. 1. de test. sed testis non fert testimonium, tanquam habens officium publicum. Gail. 1. obs. 100. u] Petr. Termin. in process. Wes. per l. iudices. 17. junct. Auth. apud eloquentissimum. C. d. fid. instr. in parat.*

CLXXXII.

Illi vero de domo; vel viva voce, vel missa scheda, ut dictum est, certa die ad forum vocentur.

*Supr. pos. 179. Wes. & Term. d. loc.*

CLXXXIII.

Ad quem diem etiam utraque pars solenniter citanda, inserta clausula, ad videndum produci & jurare testes, aliàs irritus fiet processus,

*c. 2. & ibi gl. verb. audire. ubi Panorm. & Felin. extr. de testib. text. in d. l. iudicis. 18. C. de fid. instrum. Lanfr. d. loc. n. 13. Ayr. p. 1. c. 6. obs. 7. & 8. Lag. d. loc. n. 25.*

CLXXXIV.

Idq; locum habet tam in directo, quam in indirecto probationis processu.

*Ut superius fuit ostensum.*

CLXXXV.

Nisi priori in casu periculum adeo sit magnum, & testis producendus tam proximus mortis periculo, ut ne semihorulæ spatioli dilatio tutò dari: nedum quòd reus forte distans, aut etiam præsens, ritè citari queat.

*Periculum enim quod in mora versatur dilationem nullam patitur. Gail. 1. obs. 102. n. 4. Hart. Hart. d. tit. 15. obs. 6. n. 6.*

CLXXXVI.

Juramentum autem utroque in casu intervenire oportet, siquidem nec aliter dictum valet de jure, nisi prævio juramento, cum in hoc tota fidei consistat substantia.

*Et notum est, testem injuratum nullam facere fidem text. in l. jurisjurandi. C. de test. in c. quoties. & in c. licet. elect. 2. §. testes. Extra. eod.*

CLXXXVII.

Intantum ut etiamsi post testificationem jurarit testis, tamen ejus non valeat attestatio.

F 3

Idq;



Idq̄. 1. per c. 1. *stib. us. extr. de test.* 2. quia de natura & ordine  
judiciorum est, ut testes primò iurent, & postea testimonium dicant.  
l. si quando C. de test. Anth. servilis conditionis. C. eod. 3. etiam capti-  
ra non iustificatur per supervenientem probationem legitimam,  
quemadmodum nec indicia sequentia confirmant precedentem tor-  
turam, nec confessionem ex ea extortam. Myns. 3. obs. 8. n. 1. 3. & 7. &  
cent. 4. obs. 77. n. 1. 2. & 6. Gail. d. obs. 101. n. 9.

CLXXXVIII.

Debet iuramentum utraque parte præsentem  
præstari: alias per absentiam unius, vel ambarum par-  
tium totus violabitur processus.

Per d. l. *Judices. & alia. supr. all. Lanfran. d. n. 13. & ex eo*  
*Wurms. d. t. 18. obs. 19. Gail. d. obs. 101. n. 1.*

CLXXXIX.

Maximè si pars absens justam suæ absentia ha-  
beret causam.

*Text. ad literam in c. in nomine de testib. Lanfr. d. n. 13. & ex*  
*eo Wurms.*

CXC.

Advertendum tamen, quod cum hoc iuramen-  
tum non sit de substantia, sed saltem de ordine, x nec  
publicam concernat utilitatem, sed tantum favorem  
partis, y illud partium consensu & voluntate, vel ex  
parte, vel in totum remitti possit. z.

x] *Myns. d. obs. 32. per Bald. in c. consanguinei in fin. de Re Jud.*  
y] *contra quam producitur, ut scilicet veritatem dicant. per text. in*  
*c. 2. de sponsal. Gail. d. obs. 101. n. 3. z] id quod Doctores utriusq̄ scho-*  
*le communiter tradunt, & ex jure pontificio expressè constat c. ex*  
*tuis questionibus extr. de testib. & de hoc dicit Myns. 3. obs. 80. 4. obs.*  
*77. 6. obs. 32. Gail. d. obs. 101. n. 2.*

EXCI.

Ex parte: veluti quando expressim, consentien-  
tibus partibus, Testi permittitur testimonium sub ju-  
ramento, quod prius suo domino præstitit dicere,  
bey dem Ende/damit er seinem Herrn zugethan ist.

*c. nuper. c. quoties. c. fraternitatis. c. tuis extr. de test. l. 9. in pr.*  
h. 18.



*l. 18. & 19. C. eod. Myns. 2. obs. 3. ubi negat iudicem hoc posse remittere  
ex officio.*

CXCII.

In totum: ut quando, nulla istius juramenti facta  
mentionem, testi simpliciter ac generatim remittitur  
juramentum.

*Gail. d. obs. 101. cum seq. Grev. 1. Concl. 101. cons. 2.*

CXCIII.

Quæ remissio plerunque fit testibus Illustribus,  
aut in aliqua dignitate, vel officio publico consti-  
tutis.

*Gail. & Myns. d. loc. solent autem in loco juramenti deponere  
bey ihren Fürstlichen / Gräfflichen / Adeltichen Ehren / Trewen  
und Glauben / de quorum verborum vi alibi.*

CXCIV.

Illud hic adjiciendum, quod si à partibus facta  
fuerit juramenti renunciatio, iudex id ipsum testi de-  
nuò ex officio deferre possit.

*Vult. d. loc. 7. R. n. 57. citans Alex. in l. 1. de fer. Spec. de teste. §.  
sequitur. & Gail. d. obs. 101. n. 5. & 6.*

CXCV.

In iis potissimum causis, quibus agitur de judi-  
cio publico & matrimonialibus.

*Gail. d. obs. 101. n. 5. & 6. allegans Felin. in d. c. tuis questionibus. n. 4.*

CXCVI.

An autem sæpe dictum Juramentum testium,  
alio quam juridico, hoc est, etiam feriato die. Item  
an alio in loco, quam in iudicio? nec non coram alia  
quam iudicis persona fieri possit, apud Dd. hinc in-  
de controversum, à maiori tamen parte in negan-  
tium castra itum est.

*Lanfr. d. loc. n. 15. 16. & 17. Myns. 2. obs. 3. n. 1. Wurms. d. loc. obs. 3.  
n. 3. & 4.*

CXCVII.



## CXCVII.

Præstito vel remisso, partium voluntate ac consensu, iudicisq; autoritate interveniente, juramento; ad ipsum definitur Examen.

*Quæ omnia quòd ad illud requirantur ex prædictis clarè elucet.*

## CXCVIII.

Circa cuius materiam continuo hæc oritur quæstio, per quem legitimè expediri possit ac debeat, nunquid necessario per ipsum iudicem: an vero per delegatum, aut subdelegatum? in qua medius admittitur: propter medii vero electam industriam rejicitur ultimus; prout propter negotiorum molem excusatur primus.

*Non tamen generaliter in omnibus causis, cum quia illa generalitas nullibi in iure fundata: tum quia alias generaliter actus per alium explicari non potest, quoties persona industria electa est. l. inter artifices. ff. de solut. Lanfr. per l. iudices. cum Auth. ibi posita C. de fid. Instrum. quæ incipit apud Eloquentissimum citante eod. Lanfran. n. (mibi) 19. Gail. d. obs. 97. n. 2. Myns. 3. obs. 41. Wurms. d. obs. 7. per Lanfr. & alii. per l. 15. de iure iur. Nov. 123. c. 7. Nov. 90. c. 5. vid. & Menoch. cas. 250.*

## CXCIX.

Subsequitur hunc alia: nempe an confestim post præstitum juramentum examen institui debeat: an vero in aliud tempus, etiam feriatum, rejici possit? ad quod posterius connivetur.

*Authoritate gl. & ibi Card. in Clem. iudices. 1. de offic. de leg. Lanfr. d. loc. n. 15.*

## CC.

Quas comitatur sequens, præsentibusnè partibus illud peragere conveniat? quæ ita temperatur, ut certiorandæ quidem sint de Examine partes, quinimò speciatim ad illud citandæ: ad auritam vero & actualem auscultationem non admittendæ.

*Et videtur illud de necessitate, & substantia processus esse, si Croto fides adhibenda per text. in c. 2. Extr. de Testib. Auth. sedet si quis. C. de testib.*

CCI.



CCI.

Secretò ergò & lam partibus illud instituendum, adhibito tantū Notario, qui dicta consignet, & sigillatim testes, non omnes simul, reducto eis in memoriam jurejurando, religiosè super omnibus articulis & interrogatoriis examinandi.

*l. nullum. 12. C. de testib. c. venerabilis. §2. ubi gl. h. t. Lanf. d. loc. n. (mibi) 18. Donell. ad l. 16. verb. secretum. C. h. t. Wes. in parat. h. c. nu. 5.*

CCII.

Nisi fortè testis diversæ sit linguæ: tunc enim præter Notarium, etiam Interpretem in Examine adhibere licitum. Et de facto ita fecisse Bartolum Mynsing. tradit.

*per ea, quæ habentur in l. 1. §. ult. ff. de V. O. Myns. §. obs. 46.*

CCIII.

Sive autem per judicem ipsum, sive per delegatum examen expediatur, primò omnium peregrè adventantes testes examinandi.

*Nisi enim qui testimonii causa venerunt intra 15. dies. interrogentur, deinceps liberè discedunt; ut ne quidem revocari possint, l. si quando. & ibi Donell. C. de test.*

CCIV.

Aliàs Judex, si examen eorum intermiserit, & testes interim abierint, quodcunq; pars exinde damnum contraxerit, resarcire tenetur.

*d. l. si quando. & ibi Donell. ut tamen liceat Judici suis sumtibus testem domi examinare. Donell. ibid.*

CCV.

Diligenter itidem notandum; quo calore fiat; quod deprehendi potest, ex voce, vultu, & oratione.

*l. 10. §. 5. ff. de quest.*

CCVI.

Hinc nec scripto testem suum dictum deponere posse arguendum, ne quidem prævio Juramento.

g

contr.



*contr. d. l. 10. l. 3. §. ideoq; Divus. de test. Bald. in l. bonafides. in fin. Col. 2. & in l. jusiurandi. C. de testib. Lanfr. d. loc. n. 7. Diss. variè Dd.*

CCVII.

Quamvis consuetudo cuiusq; loci, & Curiarum Stylus non immeritò animadvertetur.

*Is enim pro lege habendus etiamsi eius forma aliquò modo à Jure scripto recedat. ut docent Gail. Myns. & alii predictis loc:*

CCVIII.

Et ex quibusdam exemplis constat, in regno Bohemiæ & Archiducatu Austriæ ex singulari privilegio, & longa observantia receptum, ut nobiles & Illustres personæ, per scriptum, sub fide sua, absq; corporali Juramento, deponant, & judici postmodum depositionem obsignatam transmittant, vnter ihren Handtschriff vnd Pitschafften.

CCIX.

Regulariter ergò depositio testium viva voce, post præstitum Juramentum fieri debet.

*Gail. per text. in c. testes. 3. q. 9. ibi per scripturam testimonium non proferant, sed præsentis. & gl. ibid. in verb. sed præsentis.*

CCX.

Ratio: quia si testis primo juret, & postea testificetur, præsumitur ob reverentiam juramenti, non esse dicturus falsum: sed quando testis non juratus testimonium dixit & postmodum ab eo exigitur sacramentum, suspectum fit eius testimonium.

*Præsumitur n. ipsum timore infamiae & erubescencia, non esse contrarium eius testificaturum, quod prius dixerat. Myns. 4. obser. 77. nn. 5. & 6.*

CCXI.

Insuper ita ad articulos & interrogatoria qualificatam oportet esse depositionem, ut si non necessariò præsumtivè saltem concludat.

*Ut in l. non hoc. C. und. cogn. vel ex præsumptione juris. Bart. in l. 1. ff. si cert. pet. Lanfr. d. loc. n. 25. qui ponit exemplum in vicino.*

CCXII.

Nec vacillans, aut dubia; multo minus diversa, varia, vel contraria.

CCXIII.



## CCXIII.

Si enim vacillet testis, & titubando dictum, variet, Wann einer seine Rede auff Schrauben setzet vnd mit der Sprache nicht heraus will/ nullum est dubium, quin eiusmodi testimonium nullam faciat fidē

*Quia titubans pro ignorante habetur, & testes etiam vacillare dicuntur, quando non varia loquuntur, sed dubitando, timendo, aut titubando deponunt. Ayr. p. 1. c. 9. obs. 3. n. 8. & 9.*

## CCXIV.

Non dubia: si namq; dubitet, testis potest productus petere tempus deliberandi ad respondendum.

*Et si est presumptio de malitia, potest iudex ab eo exigere iuramentum, quod hac malitiosè non petat vel faciat.*

## CCXV.

De diversis & variis testibus est, l. eos. 27. ff. ad L. Corn. de Fals & ibi Bart.

*Varius dicitur testis, non qui contraria deponit, sed diverso modo. Bald. in c. prater a. n. 7. de testib.*

## CCXVI.

De contrariis sequens notanda distinctio: Aut contraria dicit testis in eodem iudicio; sed corrigendi animo; id quod conceditur, si in continenti id fiat, non ex intervallo.

*§. quia verò in Auth. de test. cog. Bart. in l. eos. n. 3. ff. de fals. Menoch. d. cas. 108. n. 4.*

## CCXVII.

Aut contraria deponit in eodem iudicio, sed ex intervallo absq; animo se corrigendi: Hoc casu omnes conveniunt talem esse perjurum. in d. l. eos.

## CCXVIII.

Sed dubium versatur in eo: an priori testimonio, an v. secundo fides adhibenda sit? in quo dubio recepta magis opinio; credendum priori testimonio ad commodum illius partis, pro qua fuit prolatum.

*Menoch. d. cas. 108. n. 10. ubi dicit rationem solidam colligi ex c. sicut nobis d. testib. & allegat plures inter reliquos etiam Mynj. 2.*

G 2

observ.



*observ. 86. qui hanc refert rationem, quia talis testis praesumitur subornatus à parte. E. sequitur primum dictum praesumi verius: alias esset in potestate testis annullare dictum suum, & tollere jus iam quaesitum parti.*

CCXIX.

Quid autem de teste, qui contraria in diversis judiciis deposuit, an fidem faciet? & quonam dicto standum? Neutræ depositioni fides adhibenda.

*Propter variationem fidei Spec. de teste. §. 1. vers. quid si testis secundo inductus. Myns. d. obs. 86. ubi contrarium adstruit dicens, illud optima ratione suaderi.*

CCXX.

Quid itidem de illo, qui aliquid extra iudicium asseruit verum, deinde productus in iudicio, dicit contrarium, cuinam dicto credendum? *Myns. Doctores variè in hac q. loqui, nec sibi constare scribit Cent. 6. observ. 14.*

CCXXI.

Inibi per fundamenta & auctoritates asserens, communiter in hoc itum esse, ut in tali casu secundæ adsertioni iudiciali credatur; quando illam sub Juramenti religione dixerit, licet ei aliquo modo derogetur, ex dicto priori contrario.

*gl. in c. cum causam. Extr. de testib. & ib. Joan. Andr. Myns. d. obs. 14. Menoch. d. cas. 108. n. 22.*

CCXXII.

Coronidis loco hoc addens: si testis eius, quod extra iudicium iactabat, contrarium deponat in iudicio: per hoc excusetur producens, adeo ut videatur iustam habuisse causam litigandi.

CCXXIII.

Dictum haecenus de unius testis propria contrarietate; iam videndum, quid fidendum sit pluribus contrariis, discordibus, ac variis testis: & breviter distinguendum, an absolute & simpliciter; an v. secundum quid sibi repugnent? priori casu nulla; posteriori qualis qualis illis adhibenda fides.

*Ay. p. 1. c. 7. obs. 3.*

CCXXIV.



CCXXIV.

Reliqua testimonia; spontaneum nempe & tormentis coactum; item prius coram iudice incompetente, postmodum coram competente prolatum; invicem autem contraria, quod attinet, quid de illis statuendum sit, eleganter explicat. *Menoch.*

*d. cas. 100. n. 14.*

CCXXV.

Sic; ut de falsis testibus pluribus agatur, non opus est; cum ex legibus constet, non fidem tantum illis derogari, sed & pro qualitate delicti cunctis iudicibus; etiam in competentibus, in eisdem animadvertendi dari licentiam.

*l. 13. & 14. C. de test. c. si quis convictus. 22. q. 5.*

CCXXVI.

Nec singularitas testium fusius perstringenda; generaliter notandum, eos singularitatis demereri nomen, quorum dicta ex factorum diversitate separationem recipiunt.

CCXXVII.

Omni que privari fide, a in tantum ut ne semiplenam faciant probationem; nec iuramentum in supplementum probationis deferri possit ei, qui testes habet singulares. *b.*

*a] text. in c. cum causam & ib. gl. in verb. singulares. de probat. & aliae tres redduntur rationes. 1. quia singularitas idem est, quod unitas, sed unus testis non probat. 2. quia ubi adest singularitas in testibus ibi dicitur adesse varietas, & contrarietas, atqui sic est, quod testes inter se varii & contrarii nihil probant. 3. Ex singularitate arguitur dolus & falsitas: atque dolosi & falsi testes nihil probant.*

*b] Lanfr. d. loc. n. 29.*

CCXXVIII.

Quod si testes possunt adunari ex congrua verborum interpretatione, pro singularibus non habendi; Imò praesumuntur concordantes. Secus si aliqua extrinseca fieret suppletio pro concordando eos.

G 3

CCXXIX.



CCXXIX.

Quomodo autem credatur testimonio illius qui de gestis à seipso deposuit, accurata est disquisitio, apud Menoch. quam huc referre multa non sinit, Et hæc de substantialibus depositionis.

CCXXX.

Circa accidentalialia disquiritur: primò an testis in quovis dicto, & quavis depositione, dicti sui rationem reddere, & certam scientiæ suæ causam assignare teneatur. Et non teneri nisi specialiter de eo interrogetur, statuitur.

*gl. est in c. sicut nobis. de Re jud. Vult. 2. §. R. c. 2. n. 47. & in eum casum intelligunt text. in Auth. de testib. §. licet. ibi. aut etiam causam testimonij faciant manifestam. & ibi gl. in verb. causam text. in c. si testis §. sola. & ibi. gl. in verb. sola. 4. q. 3.*

CCXXXI.

Fallit in testibus instrumentariis instrumento contradicentibus; c item iis, qui super eo, quod sensu corporeo non percipitur, & sic sensu intellectus, puta super dominio, deponunt d.

*c] Etenim tam hi, quam illi, etiamsi non fuerint interrogati dicti sui rationem reddere tenentur. Menoch. d. cas. 115. n. 3. per Bald. in l. presbyteri. col. ult. C. de Episcop. & Cler. d] Bart. in l. solam. n. 3. vers. sed si deposuit super eo C. de test. Wurms. d. tit. 18. obs. 1.*

CCXXXII.

Quod si interrogare testem de ratione sui dicti neglexerit examinador, eo casu, quo reddi debet; tunc tenebitur parti ad interesse. *Wurms. d. obs. 1. in fin.*

CCXXXIII.

Secundo circa accidentalialia depositionis quaeritur; si forte testis deponeret per verba credo, meo iudicio, videtur mihi, & similia, e an probet? Neg. f.

*e] Cuius farinae sunt, dubito, forsitan, forte, &c. f] quia regulariter testimonium de credulitate non valet; l. testium. C. d. testib. c. quoties. eod. Socin. Reg. 521. Etiam si dicat se pro certo credere. Bald. in l. si vo*



*l. siue possidetis. C. probat. Canonista. in c. praterca. de testib. Vult. d. c. 2. f. R. n. 47. per Dd. ibi alleg.*

CCXXXIV.

Item in puncto possessionis deponens per verba vel circa, plus, vel ultra, nil probat.

*Menoch. & Dd. ab eo relati. 2. de arb. Jud. cas. 46. per cap. ult. d. de spons. imp.*

CCXXXV.

Quid autem de depositionibus, de auditu mediato, vel immediato factis statuendum? an & illæ fidem merebuntur? & quoad primum negativè, g quoad posteriorem vero affirmativè, h concluditur; maximè si cum hoc alia concurrerint, ille verò de novis non de antiquis perceptus sit rebus.

g] *l. si arbiter. ff. de probat. l. testium. ff. de testib. c. licet. ex quadam extr. de testib. Menoch. cas. 475. Myns. 6. obs. 58. in pr. h] d. c. licet ex quadam in pr. ibi prater communem formam. Menoch. d. c. 475. n. 15. i] Crav. Conf. 277. Dd. in c. praterca. de testib. qualia autem illa concurrentia esse debeant, iudicis arbitrio relinquitur. Menoch. d. c. 475. n. 9. k] de antiquis enim seu vetustissimis negotiis ejusmodi testimonium auditus alieni vires habet. p. d. l. si arbiter. & l. sensus. ff. d. prob. l. 2. & antep. ff. de aq. plur. Myns. d. obs. 58. cent. 6.*

CCXXXVI.

Non tamen simpliciter: sed attentis requisitis sequentibus. 1. quod audierint deponentes non ab uno solo, sed à pluribus. 2. quod audierint omnes ab iisdem, non à diversis personis. 3. ut expressim nominent istas personas, à quibus audierunt. 4. denique dicant se audivisse ante litem motam.

*alias enim si post litem captam audissent fidem non merentur. Menoch. d. cas. 475. n. 13. & seqq.*

CCXXXVII.

Atque his præmissis omnibus, ritè, tam à partibus Actoris seu producentis, & Rei seu producti: quàm à partibus iudicis, vel Examinatoris, nec non ipsius testis peractis, huic ab eodem interd-



interdicitur ne quid cuiquam ante publicationem,  
de depositis revelet, ut Lagus, seu ut communi stylo  
loquimur, testi silentium imponitur.

*Lag. d. p. 5. c. 25. n. 24. Wurm. d. tit. 18. obs. 4.*

CCXXXVIII.

De hinc vicissim non tantum à parte hujus, hoc  
est, testis; sed etiam à parte illius, id est, judicis, seu  
Examinatoris de sumtibus movetur quæstio.

CCXXXIX.

Nec abs re: cum officium suum nemini debeat  
esse damnosum: nec quisquam Notariorum illud  
gratis impartiri teneatur. *per vulg.*

CCXL.

Hinc etiam leges venturis sumtus competen-  
tes dari præcipiunt, non abeuntibus: Statim ergo: ut  
ad forum accesserunt Testes, de sumtibus solliciti,  
pars vero producens cum sacco parata esse debet ac  
potest.

*l. quoniam liberi 10. C. h. t. & l. in eos. §. quid a. in fin. C. de ap-  
pell. qua expresse dicitur, testibus vocatis sumtus prestari debere iti-  
neris faciendi causa; Nota: itineris faciendi, non facti, causa.*

CCXLI.

Circa quos solent tria potissimum controversi.

1. Quis solvere teneatur. 2. quales. 3. quandiu.

CCXLII.

Ex quibus primum quod attinet, decisio ejus  
est in textu *l. quoniam liberi*. ibi, per accusatorem, vel  
ab his per quos fuerunt postulati. *C. h. t.*

*Et regulare est, cum sumtus ferre teneri, cujus gratia actus ce-  
lebratur. Eamq; decisionem, suadet q. lex natura que est, ut ad quem  
rei spectat commodum, ad eundem etiam pertineat incommodum,  
quod hic in producente videtur militare.*

CCXLIII.

Quos quidem sumtus victus victori refundere  
cogitur, nisi ex justa litigandi causa expensar: fiat  
compensatio.

*sext.*



*text. in c. finem litibus. de dol. & contum & in l. properandum. §. si-  
ve autem alterutra. C. de judic.*

CCXLIV.

De secundo agit glossa *in c. statutum. §. proferendo. & §. in-  
super. d. Rescript. in 6. que loca citat & ex iis sumtus enumerat  
Gail. 1. obs. 99. n. 2.*

CCXLV.

Inibi docens : modum expensarum ex qualitate perso-  
narum & earum differentia metiendum, ac producentis inter-  
esse, utrum videlicet nobilis, plebeius, vel rusticus in testem  
producatur. *ubi vid.*

CCXLVI.

Tertium discutit *l. si quando. 19. C. h. t.* qua expressè dis-  
ponitur, non amplius testes compelli observare iudicem post-  
quam fureunt admoniti, quam quindecim dies intra quos. & c.

CCXLVII.

Qui sumtus testibus, moræ tantum & operarum inter-  
missarum intuitu præstantur.

*facit. text. in l. Julianus. & in l. praterea. ff. de Rei vindic. &  
habet summam rationem. quia opera diurna, quasi in fructu sunt,  
ergo merito considerari debent. text. in l. venationem. ff. de usuris &  
aliter Gail. 1. obs. 99. n. 9. allegati.*

CCXLVIII.

Quid autem, si iudex non jubeat, si iudici jubenti non  
pareat is, qui testes producit, & omninò sumtus non suppedi-  
tentur. *Et testes citatos comparere non teneri.*

*Donell. ad l. quoniam liberi. 11. C. h. t. Gail. d. eq. 99.*

CCXLIX.

Perfecto Examine, iudex operam dabit, ut partes ulterio-  
ri productioni renuncient : quod si noluerint dabitur ipsis ad-  
huc duplex dilatio, & sic trina, quarta non nisi cum solenni-  
tate legali conceditur.

*Nov. 90. c. 4. & ibi. Cuiac. c. in causis hinc. Myns. 1. observ. 70.  
Gail. 1. obs. 91. n. 18. Trentl. 2. disp. 5. d. 9.*

CCL.

Si renuncient, & dicta testium sunt obscura vel dubia : tunc  
iudex si vult, potest interrogare, quomodo intellexerint, &  
sic, ut declarent & interpretentur iteratò examinare.

H

licet



licet posset aliàs propter obscuritatem etiam absolvere partem  
contra quam. *Wurms. d. t. 18. nbs. 6.*

CCLI.

Item, quando non sunt sufficienter interrogati seu exami-  
nati, vel ad hoc, ut aliquid addant, Judex eos adhuc semel  
examinare potest ex officio.

*Wurms. d. obs. 6. per c. praterea. de test. cog. gl. in c. cum cau-  
sam eod. Gail. 1. obs. 103.*

CCLII.

Ex officio: quia, propter subornationis periculum, judex  
non debet de facili ad instantiam partis iterato testes examina-  
re, nisi ad hoc, ut rationem sui dicti reddant.

*gl. est in d. §. quando vero. Auth. de testib. gl. in c. in pra-  
sentia in vers. in dubium. de probat. text. in c. clamor. de testib. ubi  
gl. in verb. confuse. Gail. 1. obs. 104.*

CCLIII.

Quid si testis repetitus se ad primam retulerit depositio-  
nem dicendo: reddo testimonium prout in primo reddidi exa-  
mine: Ich bleybe bey meiner ersten Aussage/ an talis testifica-  
tio admitti, an verò ut iteratò, sigillatim respondeat testis co-  
gi poterit? Judicis arbitrio per plurium auctoritates relinquit  
*Menoch.*

*2. de arbitr. jud. cas. 109. n. 3. per Bald. in l. eos. n. 6. ff. ad l. Corn.  
d. fals. Myns. d. obs. 64. qui dicit, quod si receperit judex talem re-  
pensionem, dictum testis robur accipiet, etiamsi ob juramentum  
vel alterius solennitatis defectum primario foret inutile, ad exemplū  
legatorum, in quibus inutile, per receptionem utile redditur ex Bo-  
er. decis. 108. p. 1.*

CCLIV.

Non autem errabit, sed cautè faciet testis; si à judice de-  
positionem secundariam urgente, petierit Rotuli ptimi exhi-  
bitionem; pro meliori informatione, evitanda contrarietate,  
& fugiendo perjurio.

*arg. l. cum si exhibuissent. ff. de publ. & qua ibi notantur. Me-  
noch. d. c. 109. n. 12. ubi monet judicem esse diligentem, & animad-  
vertere, an rationabiliter hoc à teste petatur. Nam si verisimile sit tes-  
tem hac non ex justa causa petere, judex eum repellet. vid. & ibid.  
aliud consiliū pro teste repetito, quod etiam refert Gail. d. obs. 104. n. 2.*

CCLV.



CCLV.

Quæ cautela repetiti testis non solum locum habebit ante, sed etiam post publicationem primi rotuli.

*Quia quoad testem testimonium nunquam est arcanum & secretum, sed semper publicum Wurmfs. d. obs. 6. per Bart. in d. l. eos.*

CCLVI.

Fallit supradicta relatio ad prius testimonium in teste coram arbitro recepto: quia repetitus coram iudice ordinario, non potest se referre ad primam depositionem.

*text. est sing. in l. ult. C. h. t. Salic. ibid. n. 3. Cuius rei rationem reddit Gail. d. obs. 104. n. 7. aliam habet Menoch. d. loc. dicens: quod non dicatur testis ea diligentia coram arbitro examinatus, quâ coram iudice ordinario examinari solet. Facilius enim testis coram arbitro mentitur, cum plecti ab eo non possit, quam coram ordinario.*

CCLVII.

Item fallit, quando in iudicio summario facta est prima illa examinatio: nec enim tunc testis se ad illam referre poterit, cum dicatur minus diligenter facta.

*Menoch. d. c. 109. n. 6. per Aret. in l. inutiliter legata. de leg. 1. & Socin. sen. cons. 95.*

CCLVIII.

De Notatio examinis hanc inserit quæstiunculam Gail. an illi referenti posteriorum testium dicta per compendium ad præcedentium testimonia: Scribendo *Der Zeuge sagt wie die vorigen/* credendum sit: verum in medio relinquit eam indecisam, cuius affirmativa vero videtur consentanea.

CCLIX.

Sive autem semel tantum sive iteratò fiat examinatio: quoad fidem dicto testis adhibendam, vel non adhibendam, tota res à iudicis pendet arbitrio: quippe, cuius solius sit prudenter æstimare quantum fidei testibus adhiberi debeat.

CCLX.

Et procedit illa æstimatio non solum ex testimonio ipso, seu attestatis; eorumq; verisimilitudine, & congruentia.

*d. l. 3. & 21. & ibid. Wes. Myns. 4. obs. 38. n. 4.*

CCLXI.

Sed etiam ex persona testis, ejusque conditione: Utrum decurio sit, an verò notatus & reprehensibilis, locuples, vel egenus.



*d. l. 3. in pr. & in §. 3. & d. l. 21. §. illud quoq; & §. fin. l. 3. & ult. ff. de fid. instr. l. semper d. fur. imman. l. non debet d. dolo. l. in multis. ff. de stat. hom. Myns. d. obs. 38. n. 2. & 3.*

CCLXII.

Est & illud prudentis providiq; iudicis seu examinatoris dicta testium, quoad fieri potest reconciliare, ut valeant potius, quam pereant, & in benigniorem partem interpretari.

*c. in nostra. 32. c. cum tu 16. Extr. eod. c. inter dilect. d. fid. instr. c. abbate. de V. S. & c. ex literis. 3. c. in presentia de prob. l. Arrianus. ff. de Act. l. favorabiliores. de R. 7. c. fin. de re jud. l. in ambigua de R. 7. Wes. d. loc. n. 6. Ayr. p. 1. c. 9.*

CCLXIII.

At ubi aperta est contrarietas, potioribus ac pluribus potiore quoq; adhibebit fidem.

*Bart. in tr. testium. c. 7. d. contrarietas Wes. d. loc.*

CCLXIV.

In quo, ut iudex solidè atq; rectè instruat utitur, post publicatas attestaciones, etiam post terminum probationis elapsum, exceptiones & disputationes contra personas & dicta testium admittere.

CCLXV.

De quo tamen utile est, partem initio protestari, ne silentio suo personas testium ad probasse videatur, & semel ad probatas postmodum ne queat reprobare.

CCLXVI.

Quæ publicatio, exceptio, & dispositio antequam fiant, evenit nonnunquam, ut pars discat testificata, quod tum fecisse dicitur, quando habuit penes se librum attestacionum, & legit illum, & diligenter percunctata est, vel per alium sibi aut suo nomine, legi faciat.

CCLXVII.

Suo nomine: per procuratorem puta, vel per Advocatum, quibus in casibus non amplius admittuntur testes, licet supra dictum sit, etiam quartam productionem, cum solennitate legali dandam.

CCLXVIII.

Si autem perfunctoriè quis saltem & cursoriè discurrisset librum attestacionum, tunc non diceretur didicisse testificata; nisi diligenter percunctatus esset, & eas intellexisset. *Lanf. d. lo.*

CCLXIX.



CCLXIX.

Quo in casu an testes ad huc admittantur? controversatur  
& nec eo admitti tutius est.

CCLXX.

Subjungenda nunc publicationis materia circa quam ini-  
tio quaeritur; num sit de substantia iudicii ita ut non possit  
omitti? & N.

CCLXXI.

Item an ea facta, super iisdem, vel directò contrariis arti-  
culis in eadem, vel alia instantia; iidem vel alii testes produci  
queant? quod itidem N.

CCLXXII.

Non quidem simpliciter: sed subdistinctione; quoad Jus  
civile n. affirmativa viderur obtinere, quoad Jus Canonicum  
& Saxonicum vero contrarium.

CCLXXIII.

Et valet publicatio absente alterutra parte facta; si contu-  
maciter ea ablit: secus si non citata, aut de jure plures produ-  
cendi testes protestata sit.

CCLXXIV.

Nec tamen, si testes in processu non essent ritè examinati,  
licet forte per consensum utriusque partis publicarentur atte-  
stationes, per illum publicationis actum validarentur deposi-  
tiones.

CCLXXV.

Quaeritur & illud haut incommode: si pars contra quam  
fit probatio per testes, habeat aliquid contrarii, quod ipsum et-  
jam satagat probare per testes, an illud ante vel post publica-  
tionem facere possit aut debeat? Lagus dicit esse leges, quibus  
utrumq; videatur permissum. Sed communem opinionem ob-  
tinuisse, ut id faciat ante publicationem.

CCLXXVI.

Addita distinctione: an videlicet illud ex diametro pu-  
gnet cum eo, quod adversarius ejus probare fuit conatus, se-  
cus si tale quid habeat, quod verum esse possit, etiamsi suam  
probaret intentionem adversarius.

CCLXXVII.

Facta publicatione redit pars contra quam ad suam inter-  
positam protestationem, seu ut communi stylo loquimur, ver-  
tit se ad reprobationem testium.

H 3

CCLXXVIII.



CCLXXVIII.

Quæ reprobatio tum demum rectè fieri dicitur, cum testimonium autoritas elevatur: & dicta eorum tanquam non sufficientia, & inania rejiciuntur.

CCLXXIX.

Elevatur autem personæ autoritas, aut per inhabilitatem ad dicendum testimonium, & legis prohibitionem.

CCLXXX.

Aut quia dicta, & testimonia eorum quodam laborant vitio.

CCXXXI.

Volunt quidam Judicialium Processuum architectones, ut prior reprobatio statim in productione, ac receptione testimonium proponatur.

CCLXXXII.

Unde in citatione denunciari solet parti contra quam, ut si quid habeat, quod contra illorum personas opponere velit, illud in termino, qui ei ad videndum recipi testes indictus est, faciat.

CCLXXXIII.

Attamen cum stylus fori invaluerit, qui pro lege servandus, ipsiusq; partis contra quam, requirere videatur necessitas dicam, an commodum; ut interposita saltem protestatione, & reservato de excipiendo tam contra personas quam contra attestata Jure; post publicationem demum effectuatur illa reprobatio.

CCLXXXIV.

Fit siquidem nonnunquam; ut vel secundum interrogatoria examinatus testis respondendo, aliquod vitium ipsemet agnoscat, quod ipsum ad testimonium ferendum reddat ineptum, & pro confesso habeatur.

CCLXXXV.

Vel circa articulos deponendo se reddat inhabilem; atq; ita eo ipso pars contra quam, ab onere opponendi & probandi talem in eo notam, sublevetur.

CCLXXXVI.

Et potest talis testis a Judice rejici, sive repelli, parte non opponente.

CCLXXXVII.

Non immerito parti contra quam illa potestas excipiendi tam



tam contra personas, quam contra attestata, integra, etiam post  
publicationem, relinquitur.

CCLXXXVIII.

Quod si ex actis nulla apparuerit inhabilitas personæ, nec  
per alterutrum prædictorum modorum semet arguat testis:  
tunc parti contra quam, &c. per aliam probationis procedere  
viam, & dicta testium vel per alios testes infringere; vel per eos-  
dem prioribus aliquam inhabilitatis notam impingere licet.

CCLXXXIX.

Qui testes dicuntur probatoriorum reprobatorii: quod  
divisionis loco notandum: Et hi vice versa per alios reprobari  
possunt à parte à qua: & dicuntur reprobatoriorum reproba-  
torii, quod iterum notandum. *ad pof. 134.*

CCLXC.

Advertendum & illud, quod volens reprobare dicta  
priorum testium, per plures numero id facere teneatur, quam  
fuerunt primi.

CCLXCI.

Quod si pars contra quam nullos habuerit testes repro-  
batorios: aut habuerit quidem, ijs vero uti noluerit: Aut si aliàs  
testes productos neque quoad personas, neq; quoad testificata  
impetere possit, possit tamen adhuc probationis passum ac  
processum impugnare; vel ex juramenti, vel Examinis, vel de-  
nique citationis quopiam defectu.

CCXCII.

Finaliter quocunq; modo, in puncto probationis per te-  
stes excipiatur, possunt ac solent illud partes scripto, facere;  
& simul suam ex dictis testium firmare, ac formare intentio-  
nem, quæ scripta vulgò *Beweisungsschriften* / nostrates repli-  
cas, duplicas, triplicas, &c. nuncupant.

CCXCIII.

Iisq; factis ac peractis in causa concluditur, & actorum ro-  
tulo compacto, sententia fertur.

CCXCIV.

Claudant hæc centurias tres in sequentibus tribus po-  
sitæ quæstiones: An pars excipiens crimen testi objectum spe-  
cificare, & probare teneatur; item an examinari illud de-  
beat, quarum prima affirm. posteriores negantur.

CCXCV.



CCXCV,

Quid si generaliter tantum facta sit oppositio; aut de opponendo protestatio, & testis contra cuius personam quis opposuit vel fecit protestationem, dixit aliquid in sua depositione in favorem protestantis: nunquid proderit protestanti seu excipienti?

*Variant in hac questione Dd. aequiore tamen esse illam docent & communem sententiam, quæ distinctione nititur.*

CCXCVI.

Similiter si aliquis produxerit testes aliquot, contra aliquem & eidem testes postmodum contra eundem producentem producantur, sive per eum contra quam olim producti fuere; sive per alium tertium istæ fiat productio, in diversa causa; nequaquam tamen contra eorum personas excipere potest is, qui olim eos produxit, nisi inter medio tempore aliquid vitii usdem accessisset.

CCXCVII.

Cæterum finis & effectus probationum quæ fiunt per testes est, ut veritas eruatur.

CCXCVIII.

Eaque in lucem protracta vel actor seu pars producens quod voluit consequitur, si scilicet legitimè intentionem probaverit.

CCXCIX.

Vel reus absolvitur: etiam si nihil præstitisset.

CCC.

Insequuntur & nonnunquam condemnationes quædam; tam à parte partium: quam à parte testium. De quibus alias & passim Dd.

SOLI DEO GLORIA.

FINIS.

Errata.

*In pos. 1. lit. a. pro modo eo leg. ea. & lit. c. pro propulatio leg. propulsatio. pos. 4. pro sumram leg. sumtam. pos. 15. pro easdem. eosdem. pos. 31. adde. x. pos. 77. add. x. pos. 78. de l. x. & pro ipsum leg. ipsam. pos. 81. add. verb. questiones. pos. 83. pro c. i. l. leg. i. pos. 84. pro quarum leg. quorum. pos. 91. pro quo leg. queis. pos. 111. pro videat leg. videatnr. pos. 123. del. i. & de pos. seq. deme. i. pos. 146. pro illa leg. illo. pos. 150. lit. g. pro lib. ill. leg. libell. & dele concip. pos. 53. lit. p. pro funol leg. fundam.*



X2617645


1017











1613, 3

35.

16

A. E. F. S.

URIÆ  
OSITIO.  
GALIUM

D  
ticabilem TESTIUM  
M formata:  
A S  
ti Facultatis Juridica  
gii

RESIDIO  
cellentissimiq, Viri  
PHI FOMAN-  
s Juridicæ Senioris. Cu-  
natus Adfessoris, nec non  
Publici Clarissimi  
R E consequendo Gradu  
næ Jenensium Academia  
um discutiendas.  
Mai Anno 1613.

ONIT  
ÖTER LONGO-SA-  
S TYRIG.  
NRICI Nauchmause.

